

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LI**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXI PARS
Ostpr. Fol., vol. 42 et 48, 1525-1528**

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXTINGUETUR

ROMAE 1980

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).
-

ANTEMURALE, I-XXIII, Romae, 1954-1979

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), Ind. nom. propr. 1960. (*Archivum Secretum Vaticanum*).
- II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (*Archivum Capituli Trident.*)
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629), 8 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., Ind. nom. propr., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., Ind. nom. propr., 1965.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE


**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LI**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXI PARS**

Ostpr. Fol., vol. 42 et 48, 1525-1528

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



R O M A E 1 9 8 0

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKOROŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

I N D E X R E R U M

| | | |
|------------------------------------|------|-----|
| Introductio | Pag. | VII |
| Abbreviationes | » | IX |
| Textus | » | 3 |
| Elenchus epistolarum | » | 175 |
| Index nominum et locorum | » | 181 |
| 4 Tabulae | | |

INTRODUCTIO

Volumine *LI* Elementorum ad Fontium Editiones, quod nunc ipsum in vulgus emittitur, nova inchoatur series editionum nostrarum «Pruthenicarum». Post XX edita volumina epistolarum, quae in sectione H[erzogliches] B[rief] A[rchiv], B Polen Tabularii Regiomontani conservantur, et quae omnes ex Polonia in Ducatum Prussiae missae erant, ex ipsa rei natura sequeretur, ut nunc publicandis documentis, in sectione H B A, C Westpreussen custoditis, operam daremus. Quae scilicet sectio continet litterarum commercium inter Prussiam Regalem et ipsum Ducatum Prussiae intercedens. Cum tamen non ignoremus huiusmodi documentis (in sectione H B A, C Westpreussen asservatis) in lucem edendis iam a collegis nostris in Polonia degentibus diligenter navari operam eisque accurata opera dedicari, nos hic eam Archivi sectionem prorsus omittendam duximus statuimusque subito ad alteram commercii epistolarum partem accedere, id est ad epistolas, quae ex Ducatu Prussiae in primis ab ipso Duce Alberto et, multo tamen rarius, ab aliis quoque personis duci vicinis in Regnum Poloniae Magnumque Ducatum Lithuaniae mittebantur.

Quarum epistolarum exemplaria vel copiae in eleganter conglutinatis voluminibus, «Ostpreussische Folianten» denominatis, continentur, et quidem exemplaria litterarum latine scriptarum in aliis, germanice vero in aliis voluminibus collocata reperiuntur. Quam ob causam recedendum nobis esse existimavimus a regula hucusque constanter observata, ut scilicet omnia documenta eo ordine ederemus, quo in Archivi disposita inveniebantur. Consultius enim esse arbitramur ea ordine chronologico publici iuris facere, nulla habita ratione idiomatis, quo singulae epistolae exaratae sunt.

Praeter epistolas, in supradictis «copiariis» latinis vel germanicis contentas, habetur una adhuc pars documentorum, quibuscum nobis hic res est. Agitur nempe de conservatis in Archivo conceptis vel «minutis» epistolarum ducis Alberti, quorum — ad primos annos post Ducatum in Prussia conditum quod attinet — minor quidem habetur numerus, ex annis vero insequentibus magna moles asservata est. Si itaque eorum forma ac tenor a textu in copiariis contento non discrepat, in singulorum documentorum regestis ea solummodo adnotavimus; si vero tenore et forma ab exemplaribus in copiariis inclusis multum differunt, vel si epistola, in concepto conservata, in copiario prorsus deest, eorum vel textum integrum publicavimus vel breve saltem regestum confecimus.

In hoc volume nostro eduntur 258 scripta, ad annos 1525-1528 spectantia. Magna eorum pars nonnisi in regestis adjertur. Res enim omnino manifesta est, ut si unus est, qui scribit, permulti autem, ad quos scribitur, eaedem fere quaestiones et argumenta in pluribus epi-

stolis tractentur repetanturque necesse sit. In eiusmodi casibus unam tantum epistolam in extenso adducimus. Praeterea non obliviscendum est ducem Albertum permultas litteras commendaticias scribere esse solitum, quibus vel pro subditis suis vel pro aliis quoque personis apud regem aut proceres Poloniae operam suam interponebat. Cuiusmodi epistolas in extenso edere non opus esse putamus.

Quod attinet ad eos, ad quos dux in Prussia tam frequentes suas dabat epistolias, hi nobis iam ex praecedentibus voluminibus nostris bene noti sunt. Itaque ad Sigismundum I Poloniae regem 58, ad Christophorum Szydłowiecki, Regni cancellarium, 46 scriptae epistolae hoc in volumine continentur. Sunt et alii, qui minore epistolarum numero illis annis a duce Alberto dignati erant, ex.gr. duo capitanei Samogitiae, pater et filius, uterque Stanislaus Kiežgajto nomine, 17 acceperunt epistolas, Ioannes Baliński 11, Petrus Tomicki 8, Nicolaus Nibschitz 11, Michael Meydel 5 etc. etc.

Restat, ut non vulgares hic agamus gratias operis nostri socio, Luciano Olech, qui a pluribus inde annis, maiore in annos singulos cum rerum peritia, tam quod ad latinam quam germanicam editionum nostrarum attinet partem, nobis operam suam praestat.

C.L.

ABBREVIATIONES

| | |
|--------|-------------------------------|
| A.T. | Acta Tomiciana |
| El. | Elementa ad Fontium Editiones |
| M.D.L. | Magnus Ducatus Lithuaniae |
| R.P. | Regnum Poloniae |

TEXTUS

1525

Principibus placuisse viris non ultima laus est.
Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo quinto
haec acta sunt.

N. 1.

E Regio Monte, 3.XII.1525.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de negotio Ioachimi marchionis Brandenburgensis electoris.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 37-38.*

S[alutatio]

In causa Marchionis Ioachimi.

Velim, Serenissime Clementissimeque Rex, si quid valerent vota mea, toti orbi terrarum pacem dari coelitus, aut si id minus conquererer, christianos saltem Principes concordes esse, praecipue quorum Regna sunt finitima. Quapropter cum constaret mihi nonnihil litis versari inter Regiam Vestram Maiestatem Illustraque Marchionem Brandenburgensem Ioachimum Principem Electorem, cognatum meum charissimum, ratione subditorum, dedi operam, si quo^{a)} potuissem modo eam, interposito studio meo, dirimere. Tentavi itaque primo animum Illustris Marchionis, quo pacto esset affectus in ea re, cumque invenissem tractabilem concordiaeque appetentem cum vicinis, dein simul compertum haberem, quo se inclinaret animus Regiae Vestrae Celsitudinis, nempe ad parem concordiam, denuo adhortatus sum eundem Principem Marchionem, cognatum meum, ad amicam contentione compositionem.

Qui rescripsit mihi nullam apud se existere offensam erga personam Regiae Vestrae Celsitudinis, quam modis omnibus^{b)} esse salvam venerarieque cupiat. Verum coortam fuisse controversiam inter subditos utriusque partis, uti non raro fieri solet vicinis cum vicinis. In quo dissidio Illustritas Sua semper aequam aurem prebuerit hiis, qui conquesti fuerint de iniuria sibi illata in suo Principatu, quamvis contra subditi sui non sint pari officio tractati, sed plerumque ita affecti detimento, ut nequierint debita sua officia prestare. Nihilominus tamen paratum se esse ad benevolam de compositione tractationem cum Regia Vestra Celsitudine, libenterque paritrum iustis conditionibus, que serviant pro conservanda concordia unanimitateque cum vicinis, eo nempe pacto, ut liceat subditis Regiae Vestrae Maiestatis secure absque omni infestatione gravamineque negotia sua tractare ubique terrarum in suo Ducatu, rursusque par ius securitasque impertiatur suis in Regno Poloniae, ut utrinque utraque

pars pari aequitate contenta, nec altera alteri incommodet. Sin vero contigerit quipiam controversiae oriri inter subditos, ut totum illud sedetur iuxta praescriptum veteris contractus, inter Regnum Poloniae Domumque Brandenburgensem olim Posonii¹⁾ paribus conditionibus initi. Ad haec petit Dietam comode a me destinari pro tractanda benevola controversiae compositione.

Nunc igitur secundo mihi opus est scire, quo se inclinet animus Regiae Vestrae Maiestatis, quid ei placeat in ea re faciendum, quid secus. Si indicenda videbitur Dieta, quando id fiet commodius, quo loco oportuere. Deinde operae pretium erit, ut habeam rescriptum modum, quo dirigar, ad quem finem controversia debeat deduci. Ea omnia dignetur Regia Vestra Maiestas significare mihi, impense rogo, simulque indicare, si quid praeterea sit, in quo amplius valere possit opera mea ad parandam concordiam cum vicinis. Quicquid iussus fuero exequi, id volens libensque effectum reddam, siquidem ad inserviendum Regiae Vestrae Celsitudini totique Regno Polono pro virili paratus sum... Datum Konigsbergii, die 3 mensis Decembris, anno XXV.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae. K.

a) quo *in margine*,

b) *in ms.*

a
b) *omnibus modis*

1) *Posnania.*

N. 2.

E Regio Monte, 4.XII.1525

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Salamanca, comiti in Ortenburg

miratur, cur ad frequentes litteras suas nihil responderit; aegritudinem eius dolet; causas tumultuum rusticorum cognoscere desiderat; intercessionem efflagitat in cogendis domibus Theutonicorum, quae nunc sub potestate archiducis Ferdinandi sunt, ad auctoritatem suam agnoscendam.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 43-46.

Silentii causam miratur adversamque valetudinem amici aegre fert. Dein rusticorum tumultus exordium scire cupit. Annectitur postea officiorum quorundam mentio a Marchionibus domui Austriae et Imperatoribus prestitorum atque demum amici officium petit suumque e diverso pollicetur studium.

S[alutatio].

Postquam vetus illud dissidium inter Regnum Poloniae et Borussiam, Deo tandem ita ordinante, probe diremptum est, saepe et variis de rebus ad Magnificentiam Vestram scripsimus. Sed cum ne unas quidem literas vicissim a Magnificentia Vestra accepissemus, admiratio quedam nos subiit, quinam fieret, ut eadem Magnificentia Vestra tam tarda esset ad scribendum, a qua antea tot epistolas tam amicas, tam officiosas habuimus. Et nonnihil ingemuit animus noster ob eam cessationem. Caeterum ubi comperuimus a novis incommodis plura negotia adcedere prioribus

curis vestris, alioqui per se gravibus et unius viri labori satis duris, simulque audivimus, quod Magnificentia Vestra adversa valetudine graviter laboraret, plane animadvertisimus causam silentii non e proposita, sed necessaria cessatione manare, desivimusque ingemiscere ex hac parte, verum iniquiore vice tristius indoluimus. Dici enim non potest, quantum dolorem nobis attulerit nunctium de mala vestra valetudine. Verebamur etenim, ne quod lugeremus accidenterit Magnificentiae Vestrae, quae vita multis modis est dignissima. At cum nunc compertum habeamus reparatam salutem, gratias una vobiscum agimus Deo, cuius favore tristibus laeta succedunt, qui aliquando nos ad fauces usque mortis rapi sinit sublata omni spe vitae, ut tandem ex improviso liberati eius paternam tutelam amore maiore agnoscamus veneremurque, speramus hoc totum noxiun virus, quo corpus infectum fuit, iam morbi diuturnitate decoctum, ut deinceps salubrior sit vita Magnificentiae Vestrae. Quod Deus ita fortunet.

Tumultus ilii subiti rusticorum, unde tantum sanguinis effusum est, cui pectori christiano non lachrymas excuterent, nisi qui alienus sit ab omni humanitate? Ut priore loco indolumus ob insaniam seditiosae multititudinis, ita nunc mutata vice furoris gratulamur Principibus, presertim Clarissimo Illustrissimo Archiduci Ferdinando, amico, consanguineo Dominoque nostro charissimo. Equidem nequaquam dubitamus principatum eius, qui longe lateque patet, homines variorum morum continens, omni ex parte caruisse hac communi peste, verum quibus initii, quibus auctoribus, ubi locorum coortum sit hoc malum in regionibus Archiducis, quo denique modo suppressum, imprimis scire velimus. Ideo rogamus, Magnificentia Vestra non velit gravari nobiscum ex ordine communicare totam tragediam illam rusticam: multis de causis utile est rectoribus rerumpublicarum nihil earum rerum ignorare. Cum essemus mensa^a Septembri in magno negotio apud Serenissimum Regem Hungariae^b interim absentem nobis cum instigarent quidam malo pravoque auctores ingenio, concurrerunt aliquot mille rustici in Ducatu nostro mira tentantes. Quos nos reversi consilio et armis, Deo auxiliatore, sine multo sanguine compescivimus.

Praeterea est, in quo Magnificentia Vestra nobis plurimum posset prodesse sua intercessione, et quia potest, quin eadem factura sit, nil dubitamus. Domus Teutonicorum aliquot sitae sunt sub principatu Illustrissimi Archiducis Ferdinandi, quae hactenus paruerunt Magno Magistro Borussiae et, ut credibile est, posthac auctoritatem nostram propter mutatum statum seu ordinem amplius non agnoscent, ni parere Illustrissimus Archidux pro sua iustitia et favore erga nos rebelles coegerit. Equidem si causa rebellionis intimius discutiatur, plane nulla erit auditu digna. Et ut Clarissimus Archidux nostro desyderio iusto et aequo patrocinetur, praeter id, quod eius gratia singulariter foverum, multa praeterea sunt, quae eius Illustritatem movere possunt. Imprimis avita quae-dam necessitas inter nobilissimam Domum Archiducum Austriae et Familiam nostram Brandenburgensem, quae illi frequenter in arduis causis et paci et bello socias vires coniunxit. Est adhuc in memoria hominum, qua animorum promptitudine sub divis Caesaribus Fredericho, Maximiliano, ne remotiora commemoremus, vexilla Romani Imperii sunt sequuti Marchiones Brandenburgenses. Nec a sanguine nostro degenerabimus in prestandis fidis officiis Carolo Quinto Augusto, cuius signa quod hactenus non sumus secuti, ut cupiebamus, non exiguis nobis dolor est, sed in causa extitit infoelicitas horum temporum. Ista commemoramus non

animo exprobandi officia nostra, sed ut palam faciamus, quibus honoribus, qua gratia et fide Archiduces Austriae et Imperatores, qui ex illis prodierunt, Domum nostram Brandenburgensem semper coluerunt. Qui favor procul dubio nequaquam cessabit erga nos sub divis fratribus, Carolo Quinto et Archiduce Ferdinando, tanta generositate maiorum suorum probitatem experimentibus. Ideo in causa iusta liberius rem iustum petimus. Hic quo nobis patrocinetur prudentia et honestissimus animus Magnificentiae Vestrae, plurimum rogamus non solum ob petitionis probabilitatem, verum etiam ob singularem favorem Magnificentiae Vestrae erga nos, quem semper integrum agnovimus et nunquam sine fructu imploratum. Valeat. Bene valeat Magnificentia Vestra, cui si qua in re rem gratam possemus prestare, in eo studium nostrum nunquam desiderabitur. Dimidium vestri, hoc est uxorem Magnificentiae Vestrae honestissimam, socrum^{b)} totamque familiam bene et quam diutissime valere optamus. Datum Konigsberg, die 4 Decembris anno etc. XXV.

In margine in initio epistolae: Ad Gabrielem Salamancam, Comitem in Ortenburg.

a) *in ms.* mensi

b) *in ms.* socrum

1) *Ludovicus II.*

N. 3

E Regio Monte, s.d. [XII], 1525.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro auxilio in sedando tumultu rusticorum promisso gratias agit.*

Cfr. El. XXX, N. 4.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 40-41.

De tumultu rusticorum.

Serenissime Rex, Domine Gratosissime idemque Avuncule, hoc est Pater Charissime.

Imprimis offero Regiae Vestrae Celsitudini omne obsequium ex sincero animi affectu. Quando commune seditionis malum, quo nunc magna ex parte misere Germania concutitur, Prussiam quoque absente [me]^{a)} et ad Serenissimum Regem Hungariae¹⁾ ardua de causa profecto, invassisset, decrevi id mox, ut rescivi, significare Regiae Vestrae Maiestati ceu Domino hereditario, ad quem imprimis pertineret eius tumultus cognitio, petiique ab eadem Regia Vestra Serenitate in tam improvisa periculosaque perturbatione et consilium et auxilium. Quum vero Regia Vestra Serenitas tam serenum vultum ostenderit promiseritque opem suam non exiguum, nascebatur mihi ex tanta benevolentia singularis quedam consolatio in media ipsa adversitate, que mihi eo molestior fuit, quod res agebatur cum hiis, quos^{b)} ut cum omni favore debebam proseQUI, non bello infestare.

Quapropter pro tanto regio vestro favore non solum gratias ago quam maximas, verum etiam eidem Regiae Vestrae Serenitati totum me

ipsum dedo. Si unquam, ut sunt res humanae inconstantes et plenaे incommodorum, quippam periculi, quod Deus avertat, Regiae Vestrae Serenitati aut eius Regno institerit, in quo propulsando opus foret mea opera, ibi adero gratus fidusque auxiliator, ut vicinus vicino, subditus superiori, filius patri.

Presens autem tumultus divino favore videtur se accommodare ad sedatum finem. Capti sunt auctores mali, quidam puniti ultimo supplicio ob publicum terrorem, quidam mancipati in custodiis servantur maturae cognitioni. Illud precor a Deo Optimo Maximo, ut mihi inspiret mentem, quae media incedat inter nimiam severitatem et noxiā clementiam. Postquam res finem habuerit, ex ordine perscribam omnia Regiae Vestrae Serenitati, cum quod id erit mearum partium, tum quod commune periculum agitur. Furor ille semel motus, semel sedatus cautos facere debet quosvis providos Rerumpublicarum rectores futurarum^{c)}, ne denuo conitus idem latius pernitosiusque serpat... Datum Konigsberg, anno XXV.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae.

a) *in ms. expunctum*: nobis
b) *in ms. quo*

c) *in ms. futurorum*
1) *Ludovicus II.*

N. 4.

[*E Regio Monte, s.d. XII. 1525*]

Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de periculo pestilentiae et tumultuum rusticorum eum admonet et novi-
tates de Turcis et Tartaris sibi mitti petit.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 41-43.

Adhortatur, ut pestilentiae saevitiam fugiat et ad loca salubriora sese recipiat.

Generose atque Magnifice Palatine et Capitani^{z)}.

Si quid est, in quo possim Amplitudini Vestrae gratum offitium prestare, in eo studium meum profiteor. Ubi cognovi regia Comitia indicta esse Petracoviae necessariis de rebus Regni Polonici, ut sunt haec tempora periculosa, plus consilii requirentia aetate priore, deindeque non dubio sermone audiveram, quod pestilentiae virus illic, ubi Conventus futurus erat, furiose grassaretur, decrevi idem Regiae Maiestati, si forte ignoraret, indicare, non tam pro singulari meo erga eandem Maiestatem amore, quam pro fide, quam illi debeo. Idemque nunc eodem nuntio Magnificentiae Vestrae palam fatio, quo in tempore prospiciatis de loco salubriore. Nolim etenim tam furiose inclemantiae exponatis salutem vitae vestrae, cuius diuturnitate estis dignissimi. Evidem non hi solum reprehendendi sunt, qui quibusdam delictis vitae finem accelerant, verum etiam qui salutis curam non gerunt, cum commode possunt. Id quod Deum tentare est, a quo tot habemus praesidia ad protegendum corpus hoc imbecille: oculos duces viarum, aures consules faciendorum, nares proditrices laudentis spiritus, manus ad propulsandum noxia, pedes portatores ad tutiora. Quod antea admonui, quando Conventum coibitis,

omni consilio curaeque providete causamque prescindite. Unde imperitae^{a)} multitudini, quae bestia est multorum capitum, licentia nascitur insurgen- di contra suos magistratus, qui furor omni pestilentia est nocentior. Hec enim corpora dumtaxat enecat et finem facit huius instabilis vitae, illa autem una cum internitione corporum demolitur ediftia, brevi consumit totam annonam atque cum hoc introducit una cum rebellione perversos mores. Huic autem morbo nullo remedio salubrius medetur, quam properis mox ab initio consiliis.

Haec ego haud dico, quod dubitem de vestra prudentia, quid conveniat facere et in ipsa pestilentia et in furore illo rusticorum, sed ut cognoscatis studium^{b)} officiumque meum imprimis erga Regiam Maiestatem, simul etiam erga vos omnes proceres Regni Polonici, quod cupio quam foelicissime florere. Rerum novarum, si quid habetis, vel Turcicarum vel Tartaricarum, rogo mecum communicetis, dum barbarae heae gentes inter se committuntur, interim melius habent accolae christiani... Datum etc.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum Schydlowyetz.

a) *in ms. imperiti*

z) *sic in ms.*

b) *studium expunctum esse videtur.*

N. 5.

[*E Regio Monte*], s.d. XII. 1525.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
promptitudinem in promovendis negotiis suis exposcit; aliqua de se-
dandis tumultibus rusticorum refert.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 38-40.

Narratur amici officium in promovendis negotiis. Dein de tumultu rusticorum addit nonnihil.

Generose, Inclite Honorandeque Domine Capitani, Amice sinceriter amande.

Intelligo et e regiis et e vestris literis propensum animum Amplitudinis Vestrae in promovendis negotiis meis, quae per Spectatam Dominatorem Vestram isthic confici cupio. Pergat Honorificentia Vestra in tam pulchro officio bene merendi. Ego, quantum potuerint vires heae^{z)}, non deero mihi in referendo erga Prestantiam Vestram sinceram animi promptitudinem. Etsi par pari Magnificentiae Vestrae prestare non potero, tam mihi spectata est humanitas Vestra, ut non dubitem, quin haud parvo loco ducetis paratam nostram voluntatem. Haec unica est in humanis officiis egregia recompensatio, non equidem ex aequa lance, sed e mutua benevolentia. Unde fit, ut nunquam deseram hanc spem promotionis vestrae implorare, quoties mihi aliquid isthic impetrandum acciderit. Aut enim in hoc fierem mihi ipsi dissimilis, aut inciperem de constantia vestra dubitare. Quorum utrumque ab ingenii nostris esset alienissimum.

De tumultu rusticorum, quo huius insaniae partem cognoscatis, spero, ni fallatur omnis humana coniectura, tendit ad finem meliorem principio. Erant unguis in ulcere benefici in pestilentia hi malorum auctores, venerunt in nostram potestatem, quorum pars luit poenam capitalem, pars expectat iudicium, quod e mutua consultatione nostrorum proferemus. Dicere non possum, quam me cruciat latenti maerore stultae seductaeque multitudo imperitia. Cupio in puniendo clemens esse et in clementia severus. Horrenda res est, aliena ab hominis natura, effundere humanum sanguinem, praesertim quando existit magna copia peccantium. Rursus pernities est Reipublicae non suo loco ignoscens datique a Deo gladii oblivio. Medium non tenebo, nisi dederit Dominus. Cuius favorem vestris precibus mihi impetrari velim. Vos, providi Reipublicae rectores, in Inlyto Regno Poloniae huiusmodi furori in tempore prudentibus vestris consiliis occurrite, principiis obstate, et non medicina paretur. Bene valeat Dominatio Vestra. Mense Decembri, anno XXV.

In margine in initio scripti: Ad Schidlowyetz, Supremum Cancellarium.

z) sic in ms.

N. 6.

[*E Regio Monte, s.d. XII. 1525*]

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Łaski, archiepiscopo Gnesnensi,
ad interrogationem de status sui mutatione respondet.*

Cfr. El. XXXIV, N. 13.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 46-49.

De innovatione status sui.

Quod Reverendissima Dominatio Vestra cura et sollicitudine tangitur pro tuenda innovatione status nostri, unde quidam sumunt ansam obloquendi de nobis et de Serenissimo Potentissimo Rege perperam sentiendi, agnoscimus plium animum Episcopo dignum. Nos vicissimi nunquam non erimus dignitatis rerumque vestrarum studiosi. Porro quod Reverendissima Dominatio Vestra rogat sententiam nostram, quid consulte circumspecteque respondendum censemus Summo Pontifici¹⁾, expetenti a Reverendissima Dominatione Vestra causas illas, quibus Serenissimus Rex permotus sit ad hoc propositum, ut e nobis, Principe religioso, Ducem prophananum Prussiae creaverit, non occurrit quid respondeamus praecipue.

Ut tamen simpliciter loquamur, quod sentimus, videtur inquisitio Sanctissimi Patris esse perplexa alereque aliquid, quod cogitando non assequimur. Evidem quando confiteatur initiae concordiae pacta conventa omnia per Legatum a latere²⁾ adamussim nunciata, nihilque earum rerum se ignorare, et nihilominus causas adhuc querit, quod aliud querit, quam de sole meridiano? Si quispiam causas rationemque huiuscse insti-tuti requirit, huic quid commodius pro cognitione rei respondebimus, quam: lege pacta conventa, animadverte singula. Ibi invenies, quod postulas scire. At Sanctissimus Dominus noster haec omnia novit ac per-novit, que sciri non possunt sine suis causis. Que ergo ratio ulterius que-

rendi? Ideo foedera contractusque mandantur litteris, quo expressa causa facti vindicetur oblivione et in promptu habeatur ad communicandum scire volenti. Facta copia est Summo Pontifici nostri contractus ipso teste. Procul dubio aut nil earum rerum potest eum fugere, aut a nobis simplicibus querit aliquid acutius.

Sin autem obscurum quid appareat optimo Patri, illud quid sit, non animadvertisimus. Ubi a nobis postulata fuerit ratio a quopiam hiis, que manifesta sufficientia sunt, non contento, quod non futurum putamus, reddemus, Deo adspirante, boni facti bonam causam. Interim nolumus curare, que ad nos non pertinent queque a nobis non queruntur.

Nunc accedimus proprius ad petitionem Reverendissimae Dominatio-nis Vestrae. Cum venissent hoc regii Legati haud multo post nostrum redditum e Cracovia, ostenderunt nobis libellum Critii³⁾, Episcopi Pre-misiensis, in quo vir ille ordinate eruditus de innovatione Pruthenica scribit ad quendam amicum. Aut autem in regio Conventu inter diutinam consultationem duas factiones extitisse in utramque partem disputantium, quid foret utilius consultiusque factu de immutatione Pruthenica, quorun-dam dissidentium certis argumentis ab ea immutatione, aliorum contra disserentium, nempe ut mutaretur status noster, id rectius esse eamque partem viciisse sanioribus consiliis. Eiusmodi consultationi maximorum, prudentissimorum virorum interfuit Reverendissima Dominatio Vestra. Unde poterit eadem ex re, petita memoria habiti sermonis rationumque innovationis, ultro citroque^{a)} expensarum, prudens responsum colligere Summo Pontifici multo accommodatus, quam nos, qui non interfuiimus, nec didicimus consilia, argumentis pars una alteri praevaluerit. Anchora et prora totius facti nostri est quaesita pax, pulcherrimum opus christia-norum. Praterea non est, quid vereatur Reverendissima Dominatio Vestra, ne quid periculi paretur nobis per adversarios apud Sanctissimum Papam. Bonus iudex, qui unam aurem praebet accusatori, alteram reo, custodit animum. Petimus autem enixe, ne^{b)} Reverendissima Dominatio Vestra egre ferat.

Nunctius, a quo litteras Reverendissimae Dominationis Vestrae accepimus, quibus nunc respondemus, Generosum Magnificumque Dominum Ieronymum a^{c)} Lasko hic apud nos invenit. Neque enim passi sumus eum aliquo a nobis abire. Quem tam fidum, prudentem animosumque habe-mus assistentem auxiliatorem. Etsi nobis eius probitas antea laudata perspectaque sit ob idque chara habita, multo tamen deinceps nobis erit probatior, charior. Si unquam casus tulerit, ut liceat referre par pari, ipsi ita nos geremus, quo intelligat vir bonus erga se gratum benevolumque animum nostrum, parsque benevolentiae ad Reverendissimam Vestram Dominationem pertinebit, cui contigit tam integer nepos. Datum.

In margine in initio scripti: Ad Archiepiscopum Gnizensem.

a) sequitur expunctum verbum: exemplar

1) Clemens VII.

b) ne supra lineam additum.

2) Thomas Cajetanus de Vio (vel Laurentius Campeggio?).

c) in ms. N., in margine alia manu: Iero-nymum a

3) Andreas Krzycki.

1526

N. 7.

[E Regio Monte] 2.I.1526.

Albertus dux in Prussia

Ioanni (Ianussio) duci Masoviae

pro auxilio ad sedandos rusticorum motus sibi oblato gratias agit; consuetudines antiquas inter Prussiam et Masoviam exsistentes observare et profugos restituere promittit; deinde refert de negotiis Nicolai Mrokowski, Nicolai Krzywonoski, Laurentii de Varsavia et Ioannis Schultz Regiomontani.

Responsio ad epistolam Ioannis (Ianussii) ducis Masoviae de die 15.XII. 1525 (El. XXXIV, N. 17).

Conceptum H B A, B, K. 1160. (Textus in Ostpr. Folianten deest).

Responsio Illustrissimi Principis Ducis Prussiae^{a)} ad articulos ab oratore Illustrissimi Principis Ducis Mazoviae exhibitos^{b)} reddita.

Ad primum^{c)}, quod Illustrissimus Princeps Dux Mazoviae etc. ad sedandos rusticanos motus in terris Prussiae ortos et animum et consilia adhibuit, quo modo Illustrissimo Duci Prussiae, utpote amico sanguine iuncto, vel omnium etiam subditorum auxilio^{d)} usui foret. Simul et^{e)} quod statuit^{f)} tunc, si ea periculi magnitudo fuisset, in propria persona Illustrissimo Principi Duci Prussiae ad coercendam^{g)} eiusmodi tumultuantem turbam se^{h)} affuturum. ⁱ⁾Illustrissimus Princeps Dux Prussiae^{j)} eum^{h)} animum ^{k)}Illustrissimi Ducis Mazoviae^{l)}, tam propensum tamque amicum^{m)} non solum beneficii loco reponitⁿ⁾, verum etiam^{o)} mutuis beneficiis simul et officiis tam conservare quam demereri^{p)} eundem conabitur. Deum etiam magnam agit Illustrissimo Duci Mazoviae gratiam, quod victoriae^{r)} ^{a)} coelesti Patre et Deo misericordiarum clementer largitae^{t)} quam humanissime simul et amice gratulatur.

Ad^{u)} secundum articulum, quo Illustrissimus Dux Mazoviae^{v)} consuetudines iam multis^{w)} annis^{x)} ^{y)}in annuis et consuetis dietis^{v)} a retro^{aa)} Ducibus Mazoviae praecessoribusque Illustrissimi Principis Prussiae iuxta articulos et recessus antiquos utrarumque terrarum, et Prussiae et Mazoviae, ^{ab)} observatas, percupit^{ab)} hodie quoque^{ac)} custodiri, Illustrissimus Princeps et Dux Prussiae eius etiam nunc animi est, quoad^{d)} inter utrosque Duces ac populum utrarumque terrarum ^{ad)e)}amicitia sanctior arctiorque vicinitas^{e)} succrescere atque enutrir possit, eas omnes non solum renovaria^{f)} demandaturum se, verum etiam omnem operam adhibitum, ne

a quovis^{ag}) Illustrissimae Suae Dominationis subdito unquam impune violentur.

Ad tertium articulum, quem de profugis Illustrissimi Principis et Ducis Mazoviae orator exposuit, Illustrissimus Dux Prussiae dicit id, quod per concordiam inter Regiam Maiestatem Poloniae et se initam debuit, iampridem officialibus Suae Illustrissimae Dominationis demandasse, nunc quoque in ^{ah}amicitiae et dulcissimae vicinitatis testimonium^{ah} denuo^{ai} eosdem officiales^{aj} mandati sui diligentius^h commonefacturum, quo profugorum temeritas et licentia oportunis remedii cohibeatur, quem admodum^{ak} rursum hoc ab Illustrissimo Duce Mazoviae^{al} factum est, aut saltem facturum^z iri, Illustrissimus^{am} Dux Prussiae haud diffidit.

Ad quartum articulum, quo simul et gratificatio Illustrissimi Ducis Mazoviae et perfidia Nicolai Mrokowsky narratur, primum magnam agit gratiam Illustrissimus Dux Prussiae, quod intercessio Illustrissimae Suae Dominationis tantum apud Illustrissimum Ducem Mazoviae valuerit, ut etiam statuta alioqui terrarum Mazoviae flexerit, confiscationi parcens bonorum. Deinde autem, quia^{an} idem Nicolaus carceris^{ao} quantulancunque poenam perfide detrectavit^{ap}, Illustrissimus Dux Prussiae non parcetur, ^{aq}sciens saltem^{aq}, eundem in terris Suae Illustrissimae Dominationis aut vagari aut commorari, near^r inobedientiae vel minima praestetur aut occasio aut solatium.

Quod similiter Illustrissimus Princeps Dux Prussiae nec Nicolao Crziwonosky concedet deinceps, nisi forte ab Illustrissimae Suae Dominationis officialibus eidem ad tempus securitas facta sit.

Ad quintum articulum, ubi^{as} quedam mercantiae Laurentio de Warshovia per subditum Illustrissimi Ducis Prussiae, Ioannem Scholtz, ablatae dicuntur, ac proinde iudicium iustitiamque fieri petitur^{at}, dicit^{au} toties Illustrissimae Suae Dominationis nomine Illustrissimo Duci Mazoviae ^{av}rei veritatem expositam^{av}, ut mirum sit^{aw} iniquas querelas toties a dicto Laurentio renovari^{ax}, quasi vel sexcenties repetitae falsae querelae rei veritatem commutare possint. Primum enim iniuriosi sibi reputat, qui cum hostes essent publici, bona illius forte fortuna in terris Illustrissimi Ducis Prussiae inventa, ut hostis tunc optimo, bellico scilicet iure, retinuerunt. Deinde quia vel ex concordia inter Regiam Maiestatem Poloniae et Illustrissimum Ducem Prussiae inita eadem bona^{ay} aequa ac iure belli licite retineri posse cognoscit, isto utitur, sed falso, perfugio, quasi eadem bona induciarum tempore, non belli, ablata sint, cum satis constet Illustrissimo Duci Prussiae guerrarum et non induciarum tempore easdem mercantias et repertas in terris suis et a suis, ut hostibus hosti^{bb}, ablatas.

Ad ultimum, quo Illustrissimus Dux Mazoviae id, quod ante per oratorem Suae Illustrissimae Dominationis apud Reverendissimum Dominum Sambensem^l fecit, denuo Illustrissimo Duci Prussiae^{bc} gratulatur tam^{bd} de concordia sancta et christianissima, quam de incolumentate et foelicibus successibus a Deo Optimo Maximo concessis, quo etiam praeterea petitum est, ne Illustrissimus Dux Prussiae aliter persuasum sibi habeat, quam de Illustrissimo Duce Mazoviae, quam eandem illius Illustrissimam Dominationem, ut amicum sanguine iunctum vicinumque, ea omnia curaturam, quae ad conservandam amicitiam vicinitatemque facient. Dicit Illustrissimus Princeps, etsi sanguinis necessitudo tam arcta non intercederet, tamen non posse se^{be} Illustrissimum Ducem Mazoviae, amicum tam veterem eumque vicinum, non vehementer ^{bf}et quam amantissimam redamare. Quin imo testatur se omnia ea quam libentissime semper^h cu-

raturum, quae^{b*g*}) conservandae veteri et sanctae amicitiae^{b*h*}) atque vicinitati bonae^{b*i*}) alenda^{b*j*}) proficient.

In folio separato alia manu: Responsio Duci Prussiae oratori Ducis Mazoviae data die secunda mensis Ianuarii anno etc. **XXVI.**

- a) sequitur expunctum: oratori (*supra lineam aliud verbum expunctum*).
- b) sequitur expunctum: data
- c) sequitur expunctum: Illustrissimus Princeps Dux Prussiae summi beneficii loco reponit
- d) sequitur expunctum: et
- e) sic pro: simulac
- f) correctum ex: statuerit
- g) verbum correctum; sequitur expunctum: et f
- h) supra lineam.
- i)-j) in margine cum correctionibus, pro expuncto in textu: ob quam
- k)-l) supra lineam.
- m) sequitur expunctum: Illustrissimus Princeps Dux Prussiae Mazoviae
- n) supra lineam pro expuncto: reponere
- o) sequitur littera expuncta.
- p) sequitur expunctum: studebit omnem operam adhibituru
- r) sequitur expunctum: tam
- s) sequitur expunctum: summo
- t) sequitur expunctum: tam
- u) praecedet expunctum: Quod autem Illustrissimus
- v) sequitur expunctum: percipit
- w) correctum ex: multis; sequitur expunctum: retro
- x) sequitur expunctum: observatas
- y)-y) in margine.
- aa) sequitur expunctum: per
- ab)-ab) in margine.
- ac) sequitur expunctum: observari et
- ad) sequitur expunctum: arctior firmiorque
- ae)-ae) in margine pro expuncto: quam sanctissime et
- af) correctum ex: renovare
- ag) sequitur expunctum: impune unquam violentur
- ah)-ah) in margine cum correctionibus pro expuncto in textu: gratiam Illustrissimi Ducis rursum
- ai) sequitur expunctum: of
- aj) sequitur expunctum: commonefacturum suae obedientiae
- ak) supra lineam pro expuncto: atque ut
- al) sequitur verbum expunctum.
- am) correctum ex: Illustrissima, sequitur expunctum: Sua Dominatio non d
- an) sequitur expunctum: perfidiae accusatur dictus Nicolaus
- ao) supra lineam pro expuncto: vel corporis
- ap) sequitur expunctum: non
- aq)-aq) in margine.
- ar) sequitur expunctum: perfidia aliqua concedatur (perfidiae aliquid concedatur?)
- as) sequitur expunctum: controversiae diutinae inter Laurentium de Varshavia et Ioannem Scholtz
- at) sequitur expunctum: respondet
- au) sequitur expunctum: Illustrissimus Princeps
- av)-av) supra lineam pro expuncto: responsum factum
- aw) sequitur expunctum: Illustrissimam Suam Dominationem (et supra lineam pariter expunctum: Ducem Mazoviae) tam iniquis querelis
- ax) supra lineam pro expuncto: repeti
- ay) sequitur expunctum: licite
- bb) sequitur expunctum: ablatas
- bc) supra lineam pro expuncto: Mazoviae
- bd) supra lineam pro expuncto: et
- be) sequitur expunctum: ami
- bf)-bf) supra lineam.
- bg) sequitur expunctum: pro
- bh) sequitur expunctum: quoque
- bi) sequitur expunctum: tuendae
- bj) sequitur verbum expunctum.
- z) sic in ms.
- 1) Georgius Polenz.

N. 8.

E Regio Monte, 4.I.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Petro Zinck, cive Posnaniensi, intercedit; petit, ne rex liberum transitum suspectorum peditum in Livoniam iter facientium permittat;
litteras securitatis pro Heinone Dobritz expetit.
Ostpr. Fol. vol. 48, ff. 57-58.*

Anno Millesimo Quingentesimo Vicesimo^{a)} Sexto.

In causa Petri Zinck et Heinonis Dobritz.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Expositu mihi Regiae Vestrae Maiestatis subditus et civis Posnanensis, Petrus Tzinck mercator, quemadmodum et temporum infoelicitate et adversa fortuna, partim etiam hominum quorundam perfidia in eam inciderit calamitatem, ut vix tandem cum creditoribus suis Posnanensis omnibus et Wratislaviensibus certis sibi pro rei necessitate tollerabilem invenerit inieritque conventionem, a magistratibus tam Wratislaviensibus, quam Posnanensis roboratam. Qua eidem tantum a creditoribus gratiae factum est (quo sibi, uxori ac liberis consuleretur), ut quinque annis (quorum unus et menses sex fluxerunt) integris silere, considerata debitoris fortuna, facile promiserint. Deinde autem singulis annis contenti sint decem aureos percipere, hac adiecta conditione, si caeteri quoque eius creditores omnes eiusmodi pacta non aspernarentur. Verum conqueritur esse quosdam et paucos creditores Wratislaviae, quos nullis precibus potuit in similia pacta inducere, propter quorum immodicam parumque humanam tenacitatem timet et caeterorum conventionem inanem futuram ob appositam supradictam conditionem. Sed quum non solum aequitatem, sed et ius exposcere credam, ut maiori creditorum parti in eiusmodi casu minor cedat et obsequundet, cum inaequalis solutio non possit non secum invidiam afferre, et humanum simul ac aequum existimem, ut simul dicti debitoris, uxoris quoque ac liberorum aliqui turpissimae mendicitati obiciendorum ratio habeatur, imo ut ea ipsa humanitate, a creditoribus caeteris ei prestita, meliorem nunc fortunam sperare atque fidem datam commodius servare possit, Regiam Vestram Maiestatem diligenter et obsequiose peto, dignetur apud officiales Wratislavienses intercedere, quatenus eosdem creditores Wratislavienses, in eiusmodi pacta nondum descensos, intuitu Maiestatis Vestrae Regiae cogant descendere, quo simul et fidei creditorum et inopiae debitoris Petri succurratur. Cui aliqui infesta mendicitas aut summa saltem inopia imminet.

Nolo etiam Regiam Vestram Maiestatem celare, quod ex nonnullorum relatu acceperim, iam multos pedites successive et quasi clanculum, et quotidie plures per Regiae Vestrae Maiestatis Regnum Poloniae, ad Livoniam proficiisci. Quam ob causam, aut in cuius vel auxilium vel damnum id fit, scire non possum. Commonefatio itaque Regiam Vestram Maiestatem huius rei, et ut Capitaneis, Prefectis aliisque Locumtenentibus demandet, ut in hac re bonam diligentiam adhibeant cautique sint, neque permittant huiusmodi pedites per Regnum Maiestatis Vestrae iter facere.

Preterea, Serenissime Rex, utor quodam consiliario, nobili et exercitato viro, mihi dilecto Heino Dobritz, qui terras Regni Vestrae Maiestatis frequentat. Eius nomine similiter quam studiosissime peto, Regia Vestra Maiestas dignetur eidem securitatem prestare eiusmodi, qua tam ipse pro sua persona et ministris, quam illi, qui easdem litteras securitatis habuerint et exhibuerint, liberi et securi ire redireque per Regnum Maiestatis Vestrae possint ac valeant, ad unius anni saltem spatium. Rursum pro viribus et obsequiose gratificari.... Datum ex Monteregio, 4 Ianuarii, anno XXVI.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 4 Ianuarii.

a) In ms.: Viesimo

E Regio Monte, 4.I.1526.

Albertus dux in Prussia

Ioanni a Rechenberg

de tumultu rusticorum sedato; de praedicantibus, qui se negotiis saecularibus immiscent et ad seditiones incitant.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 1-iv.

Hernachvolgende maynung ist an Hannsen von Rechenberg am 4 tag Januarii anno etc. in 26^{ten} geschriben.

Unsern grus zuvorn.

Gestrenger, lieber besonder.

Wir haben eur schreyben, uns yetzo gethan, emhangen, vorlesen und darinnen vernomen eur gutwilligs und hoch erpietens, sonderlich in dem, wo die paurn oberhandt nemen wolten, das ir uns mit eur hilf nicht lassen woltendt. Daneben eur getreue warnung, das wir uns vor den predigern, die sich in weltiche regierung mit einflechten wolten, huetten solten etc. Dieses eures erpietens und getreuen warnung thun wir uns gantz gnediglich bedancken und fugen euch hierauf zu wissen, das durch gnade Gott, des almechtigen, auf unser zukunft solche aufrur ganz gestilt und in ein cristenlich ordnung und wesen, wie es yetzunder steet, gebracht worden. Gott, der almechtige, wolle uns, unser landt und leut, also langwirig in seiner gnadt zu aufwachsung und merung seines gotlichen lobs, namens und heyligen worts erhalten.

Wir haben auch hievor bey uns selbst obberurter reudiger schaff prediger bedacht, die nicht bey uns zu gedulten, deren wir auch vor unser hereinkunft etzliche im landt gehabt, die solch feur der aufrur angezunt, aber dieselbigen, ehe wir hereinkommen, hinwegk fertigen lassen. Welch feur, so sie angezundt, hat ausspringen mussen. Sindt uns weyters verhoffen, das alles pöses, das zur aufrur dinstlich, durch berurt feur verprant und zu aschen worden seya^a.

Eur bete nach, das wir eurn vettern, Melchiorn von Rechenberg in gnedigem bevelch haben wolten, wollen wir umb eurn auch der getreuen dinsten willen, die er uns gethan hat, ungezweifelt sein nicht vergessen, sonder in gnedigem bevelch haben.

Was anlangendt ist Urban Nebelschitz, wollen wir eur bete und fursschrift nach ingedenck sein und uns in dem aller gepur halten, wie er dan aus der antwort, die wir ime unser gelegenheit nach gegeben, von ime vernemen werdet.

Auch eur schwesteron in gnedigem bevelch haben und umb eurn willen lassen bevolchen sein, dan euch gnedigen willen zu erzaigen sindt wir gentzlich genaigt. Datum Konigsperg ut supra.

In initio epistolae in margine: An Hansen von Rechenberg.

a) *conclusio propositionis deest.*

N. 10.

[E Regio Monte, 10.I.1526.]

Albertus dux in Prussia

*Michaeli Meydel Spiess, civi Cracoviensi,
rogat, ut summa 2000 aureorum sibi a rege persolvendam Norimbergam
transmitti curet.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 1v-2.

Hernachvolgende maynung ist an Micheln Spiess den 10 tag Januarii anno etc. im 26^{ten} geschrieben.

Erbar, lieber besonder.

Dir ist ungezweifelt gut wissendt, das uns der durchleuchtigst, grossmechtingst furst und herr, herr Sigismundt konig zu Poln etc., unser gnedigster herr, auf nechstkunftige Ostern 2000 fl. p. zu bezahlen und zu erlegen schuldig sein wirdet. Nachdem wir aber so vil gelts auf bestimbte zeit andern, denen wir ze thun sindt, gen Nurmberg auch erlegen mussen, und solche 2000 gulden, so uns hochgedachte ko.mt. zu thun sein wirdet, an gerurt ort und endt gern machen und ordnen wolten, tragen wir doch diese besorg, das benent gelt mit der bezalung villeicht etlich tage möchte verzogen, auch nicht sopaldt und eylendts von Krakaw hinaus gen Nurmberg geschickt werden.

Derhalben ist unser gnedigs synnen und begern an dich, du woltest uns solche 2000 fl. gewiss und guet gen Nurmberg uff benante zukunftige zeit der Ostern machen und widerumb von ko.mt. von unsren wegen emphahen. An dem beweystest und thettest du uns sonder angename dinst und gnedigs gefallen, in gnaden dir widerumb zu erkennen und was du uns in dem zu thun und zu wilfarn gesindt sein wilt, uns des dein schriftlich antwort alspaldt und one alles seumen alher gen Konigsperg an unsren hoffe und auch gen Nurmberg, in sonderhait in Steffan Bablers hauss an den alten Rossmarckt zu schigken und des verner darnach zu richten. Datum Konigsperg ut supra.

In initio epistolae in margine: An Micheln Spiess.

N. 11.

[E Regio Monte], 28.I.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
in causa magistri Ordinis in Livonia, Valteri a Plettenberg, consilium
regis cognoscere cupit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 59-60.

Amplissime Vir amicorumque Sincerissime.

Paucis iam lapsis diebus misit ad nos Legatum suum arduo quodam in negotio Reipublicae Reverendus Princeps Gvaltherus a Blettennberg, Magister Teutonici Ordinis apud Livonienses. Cuius rei magnitudo cogit nos ob fidem, qua Regno Polonio obstricti sumus, Serenissimi Regis,

Domini nostri clementissimi, consilium implorare. Qua de causa festinanter isthuc legamus fidum nostrum Consiliarium, Georgium Clingenbeck, hoc commisso, ne prius sibi regium colloquium impetret, quam coram Magnificentia Vestra totum negotium cum suis circumstantiis sufficienter exponat audiatque consilium prudentiae vestrae, quoniam modo res ipsa comodius consultiusque apud regias aures posset narrari. Quod ne fiat nisi in presentia Amplitudinis Vestrae, vehementer optamus petimusque. Negotii etenim arduitas longam expetens circumspitientiam, presentiam Magnificentiae Vestrae imprimis postulat. Iam quando nobis multum fidutiae peperit bonitas Magnificentiae Vestrae omnibus in rebus, unde Regiae Maiestati, nobis quoque poterit commodum divinare devitareque incommodum.

Rogamus plurimum, Magnificentia Vestra dignetur eidem nostro Legato haud gravate aures suas accommodare, atque rei seriem exponenti haud secus credere, ac si ipsi coram loqueremur. Dein ea diligentia causam^{a)} nostram tractare apud Serenissimum Regem, uti intelligamus, quoniam pacto gerere nos debeamus in negotio tanti momenti, ne quid vel in Republica vel contra regiam voluntatem peccemus. Quorum quidem utrumque summo studio declinare cupimus. Eo certe tendit tota nostra deliberatio atque legatio. Res sane eiusmodi est, quemadmodum nos introspicimus, ut inde Regno Polonio, nobis quoque, possit multum commodi emergere. Sed quia in ambiguo posita est, verendum est, ne quid periculi lateat sub praetextu alieno, atque eo accuratius armanda sunt consilia providentia. Hec aperire voluimus sincero amico. Cuius Amplitudini, si qua in re gratificari possumus, ibi prona benevolaque voluntate prompti sumus. Bene valeat.

In margine in initio scripti: Ad Christoferum Schidlowyetz in causa Magistri Livoniensis, 28 Ianuarii.

Scriptum praeceditur hac nota:

Die vicesimo octavo mensis Ianuarii anno vicesimo sexto, missus est Georgius Clingebeck ad Regem Poloniae in quibusdam negotiis, et datae sunt litterae credentiales, ut vocant, ad eundem Regem praedicto Georgio, item et ad Episcopum Cracoviensem, ut moris est.

a) *in ms.:* causa

N. 12.

E Regio Monte, 28.I.1526.

Albertus dux in Prussia

Achatio Czema, capitaneo Sluchoviensi,

*Georgium Klingenbeck (in ms. Clingenbeck), consiliarium suum, quem
in aulam regiam in nonnullis negotiis suis mittit, commendat.
(Germanice)*

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 3v.

N. 13.

E. Regio Monte, 28.I.1526.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

Georgium Klingenbeck (Clingenbeck), consiliarium suum, quem in aulam regiam in nonnullis negotiis suis mittit, commendat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 4.

N. 14.

[E Regio Monte], 7.II.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de novitatibus gratias agit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 61.

Agit gratias de novitatibus et negotiis Regnorum Hungariae et Poloniae sibi scriptis.

Salutem optat. Magnifice Domine, Amice sinceriter Amate.

Accepimus literas Magnificentiae Vestrae, quibus eadem nos de variis novitatibus et negotiis Regnorum Hungariae et Poloniae certiores fecit. Agimus proinde Magnificentiae Vestrae eam ob rem magnam gratiam. Qui enim non placeat nobis tam amicus et propensus Magnificentiae Vestrae in nos animus, tanta fide neque quascunque novas res, neque archanas etiam, neque quae nostra referunt scire, nobis abscondens? Studebimus nos quantulacunque occasione nobis data rursum amici officio non deesse. Caeterum Fuccarorum negotium, quantum Magnificentiae Vestrae ingentia negotia ac ipsa honestas admittit, velim exoptaremque per eandem iusto favore confici et componi. Nos rursum, si quo modo poterimus, Magnificentiae Vestrae gratificabimur, amico unice et vehementer amato. Datum etc.

In margine in initio scripti: Ad Christoferum de Schidlowyetzki, 7 Februarii.

N. 15.

[E Regio Monte], 7.II.1526.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Wieczwiński, castellano Plocensi, capitaneo in Bratian,
pro misso sibi libello Erasmi Rotterodamensis gratias agit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 60-61.

Agit gratias ob libellum Erasmi dono datum.

Accepimus Magnificentiae Vestrae perlongas literas, et quae nos ob tam multarum rerum novitatem varietatemque magnum in modum de-

lectarunt. Simul et voluptati nobis fuit libellus Erasmi Roterodami, nobis missus. De quibus omnibus humanissimis officiis Magnificentiae Vestrae agimus gratias magnas. Eum autem libellum non licuit nisi semel in manus accipere ob festinam nostram^{a)} abditionem. Quem cum aperuissemus, legimus forte fortuna illud Iacobi dictum: omnes nos tardiores ad loquendum esse debere, veloces autem ad audiendum. Cui sententiae suam autoritatem non infringemus, sed moniti hac ipsa libellum prius ad finem perlegemus, quam iuditium feramus de hoc. Dominus Deus et lingas et manus adversariorum tum Sacrae Maiestatis Regiae, tum nostrorum, cohercat. Nos ad Divinae illius Maiestatis nutum et stamus et cadimus. Magnificentia Vestra in Domino bene valeat.

In margine in initio scripti: Ad Wiksintzki, 7 Februarii.

a) sequitur verbum expunctum: festinationem

N. 16.

E Regio Monte, 8.II.1526.

Albertus dux in Prussia

*Michaeli Meydel Spiess, civi Cracoviensi,
summarum 2000 florenorum ad persolvenda creditoribus debita sibi mutuo
dari expetit.*

Cfr. El. XLV, N. 2.

Ostpr. Fol. vol. 42, ff. 2v-3.

Was an Michel Meydel den 8 Februarii anno etc. ut supra geschrieben.
Erbar, lieber besonder.

Wir wissen dir als unserm sonderlichen, vertrauten und geliebden gnediger mainung nicht zu bergen, das uns ytzundt gescheft und sachen furfallen, darin wir hochlich gedrungen und angelangt werden, etlichen unsern schuldigern glauben zu holten. Welchs uns dan so eylendt furfallen thut, das wir yetzundt zur zeit bey uns dir in hohem vertrauen mitgetaylt zu solchem kainen rat wissen aus ursachen, das wir ain wechselbrief von den Fuckern zu offen erlangt, die uns uff den verschiennenen neuen jarstag zu Leypzick 2000 gld.fl. solt erlegt haben, der zu vorsicht, dweyl sie ye und allewegen guten glauben gehabt, sie solten solchs volzogen haben. Welchs uns aber nach dem termyn obgemelt allererst abgeschrieben, das sie solche 2000 gld. aus furfallenden ursachen mitnichten westen auszurichten. Dweyl uns aber diejenigen, dem wir solch gelt zugeordent ytzund embzig und hart manen thon, inen ufs erst glauben zu halten, wollen wir dich mit sondern gnaden gebeten haben, du wollest uns in ytziger unser anligender nott mit 2000 gld.fl. uns dieselbigen uff Ostern schirst zu Leyptzick ubermachen, darleyhen und hilfflich erscheinen. Doegen thon wir uns hiemit bey unsern furstlichen eheren und waren worten mit underzaichung unser aigen handschrift gegen die widerumb vorphlichten und vorschreyben, dir on allen deinen schaden solche 2000 gld. fl. uff Michaelis zukunftig widerumb zu überantworten und zu handen stellen lassen, oder aber wo du uns sovil zu gefallen leben wollest, dich von dem gelt, so uns unser gnedigster herr, die ko.mt. zu Poln, uff Ostern des 27 jars gefellig selbst bezahlen, wie wir uns dan des

und alles guten zu dir vorsehen, du werdest uns hierin in kainen wegk, sonder uns ufs erst (das wir mit hohem vleyss bitten) mit wilfariger antwort bezegen, domit wir uff ernente zeit der Ostern zu Leypzig unser furstlich ermögen erretten und erhalten. Darzu du dan desselbigen, wie obgemelt, widerumb bey uns gewiss sein solst und des mehr, woryn wir deinen fromen und nutz in unserm fursthenthumb zu furdern wissen und hilflichen darzu sein konnen, solstu uns, wie bissher geschechen, mit allen gnaden gutwillig finden. Dan dir gnedigen willen zu erzaigen sein wir zu thon gnaigt. Bitten ufs erst eylende antwort. Datum ut supra.

In initio epistolae in margine: Michel Meydel.

N. 17.

E Regio Monte, 15.II.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
in causa Gedanensium consilium suum regi impertit et addit nonnulla
de contractu Ioachimi marchionis Brandenburgensis.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 62-63.

In causa Gedanensium consilium suum Regiae Maiestati impertit. Deinde addit nonnulla de contractu Illustris Marchionis Ioachimi. Narravit nobis summa diligentia Nobilis Achatius de Czeme, que Magnificentia Vestra eidem nobis communicanda commisit, sub haec etiam Maiestatem Regiam, nobis adprime suspiciendam ac venerabilem omnibus, brevi Marienburgum accessuram, potissimum ob eam causam, ut Gedanensium negotia ipse quidem christiana et tanta Maiestate digna notione atque iuditio conficeret. Agimus proinde Magnificentiae Vestrae magnam gratiam, quod participes nos fecit de maximis rebus Regni illius consiliorum. Nos vero, etsi non solum adprobemus hunc Maiestatis Suae animum, verum etiam exosculemur, tamen modum, quo id confici possit, nostro iuditio commodiorem, Vestrae Magnificentiae pro ea, quae in Regiam Maiestatem est, nostra obedientia et fide haud obticemus. Visum est nobis haud inconsultum Regiaeque Maiestati inprimis usui et commodo fore, si nobiles viri, Domini de Basenn et Achatius Czeme, suo quidem nomine huius Gedanici negotii mediatores se intromitterent, aut si hoc forte Magnificentiae Vestrae consultius videretur, haud gravaremur nos adornare egregias aliquot personas, quae nostro tamen nomine eam ob rem Gedanenses convenienter eoque deducerent, quo saltem nostro consilio moniti predictos Dominos Georgium de Basen et Achatium de Zemen negotii istius mediatores rogarent et paterentur. Vestrae autem Magnificentiae persuasum esse vellemus haec omnia a nobis optimo animo, summa fide obedientiaque syncera in Regiam Maiestatem fieri.

Caeterum Illustrissimi Principis Domini Ioachimi Electoris, consanguinei nostri, negotium ita se habet. Misit nobis litteras contractus, olim inter Regiam Maiestatem Poloniae et se Posnanii confectas. Sperat Inclytus Princeps contractum modo instituendum ad veteris illius contractus puncta et articulos formari posse. Quod si hoc Regiae Maiestati omnibus

modis placuerit, cupimus nobis easdem contractus litteras remitti, additis vel novis vel demptis veteribus, aut immutatis aliquibus, aut saltem conscriptis omnino recentibus articulis contractus futuri. Nos eosdem articulos, ut Regiae Maiestati placuerint, Illustrissimo Principi Domino Ioachymo Electori mittemus, tanquam a nobis, non a Regia Maiestate, propositos, expectaturi responsum Dominationis Suae Illustrissimae.

Demum quod fratri appellacionem attinet, brevi respondemus. Nos momos, irrisores et detrectatores non respicimus, accusent etiam nos stultitiae stulti. Satis est licere vere amico amicum alteram animam quo-vis nomine appellare. Noster amor vestraque officia cogunt nos Magnificentiae Vestrae hanc fratri appellacionem inscribere. Grata est nobis vel memoria, Amabilis Frater, nostrae coniunctionis et eius etiam augen-dae voluntas. Valeat Dignitas Vestra, Amate Frater. Ex Monte, 15 Fe-bruarii, 1526.

In margine in initio scripti: Ad Christoferum Schidlowyetz, 15 Februarii.

N. 18

E Regio Monte, 18.II.1526.

*Officialis cancellariae Alberti in Prussia ducis
Sigismundo I regi Poloniae
oratio, qua advenientem regem salutat, ei dona offert et rogat, ut rex
diem sui cum duce conventus statuat.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 64-65.*

Gratulatio adventus Regiae Maiestatis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Illustrissimus Princeps Dominus Albertus Marchio Brandenburgensis, Dux Prussiae, incredibilem animo laeticiam coepit, Maiestatem Vestram Regiam ad has Maiestatis Vestrae et Illustrissimae Dominationis Suae terras incolumem venisse. Simul et mihi hoc negotii mandavit, quod nunc exequor, ut suo nomine, absente amico meo, Reverendo Episcopo Pomezaniensi,¹⁾ Regiam Vestram Maiestatem quam obsequiosissime fido eoque alacri animo exciperem. Nam et vitam sibi iucundiores putarit, si in gubernanda incliti Regni Vestrae Maiestatis Republica votis regiis responderet eventuum perpetua voluntas. Quod si quid ad eam rem conferre Illustrissimus Princeps poterit, ad Regiam Vestram Maiestatem, Dominum et patrem dulcissimum, universum suum studium piis obsequiis deferet subditus et filius. Orat demum, Regia Vestra Maiestas amplexetur eam loci, quo divertet, commoditatem, quam temporum inuria haud reliquit. Sub cuius Regiae Maiestatis gratiae et protectionis sacratissimas alas se Illustrissimus Princeps committit.

Donorum oblatio.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Clementissime.

Illustrissimus Dux Prussiae Albertus mittit dono Sacrae Regiae Ve-strae Maiestati^{a)} dolia N.,^{a)} modios N., humiliter orans, Regia Vestra Maiestas, consyderata Reverendi amici mei, Episcopi Pomezaniensis, ab-sentia, temporis, quo cognitus certo fuit Vestrae Maiestatis adventus

angustia, loci etiam huius tenuitate, miseria et calamitate, haec quantum lacunae dona aequi et boni consulet. Nam Regiae Vestrae Maiestatis in Illustrissimum Principem meritis ac vicissim suo in Vestram Maiestatem animo magis velit Illustrissimus Princeps satisfacere, quam possit.

Petitio constituendae diei.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Clementissime.

In promptu habet Illustrissimus Dux Prussiae graves quasdam causas et negotia adprime ardua, que ut foeliciter caderent et Regiae Maiestatis Vestrae Regno et terris suis, percuperet ea ad Maiestatem Vestram Regiam ipse referre. Nam cui in terris consilia institutaque sua magis et nota et salubria esse velit, quam Regiae Vestrae Maiestati, Domino, avunculo et parenti piissimo, habet neminem. Quare eandem vehementer orat, dignetur Illustrissimae Dominationi Suae tempus et locum Maiestati Vestrae oportunum prefinire, ubi in Maiestatis Vestrae sacrum sinum profundere posset ea, quae et inclyto Regno Polonico et renascenti²⁾ Prussiae terris profutura arbitratur. Actum ut supra.

In margine in initio scripti: 18 Februarii haec acta sunt.

a) sequitur signum.

z) sic in ms.

1) Erhardus Queis.

N. 19

E Regio Monte, 5.III.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de negotio Livoniensi (cum annexo exemplo litterarum duci ex Germania
a quodam amico missarum).*

Ostpr. Fol. vol. 48, ff. 65-67.

In causa Livoniensi.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Non dubito Regiam Vestram Maiestatem iam nunc ex Consiliario nostro, Georgio Clingenbeck, intellexisse, quibus ex causis eundem Oratorem miserim, potissimum autem ob Livoniense negotium. Et quod spopondi, si quid vel in Germania vel in Livonia intelligerem per exploratores meos, quod Vestrae Maiestatis aut mea putarem referre, id omne me Regiae Maiestati quam primum significaturum. Proinde a quodam mihi amico accepi per literas ea, quae hiis literis adiunxi, ubi scilicet et quibus modis isthic contra me consilia habeantur. Iuxta a familiari meo, quem Livoniae habui, hoc certo intellexi varios motus quidem, ob negotium Archiepiscopi Rigensis¹⁾ in Livonia exortos, verum eosdem asserebat partim sedatos, aut saltem mitiores redditos, conductos item milites a Rigensibus, Derptensibus, Revaliensibus, partim dimissos, partim autem retentos usque ad Comitiorum finem. Nam eadem Comitia divisim, primum quidem in Royn a terrarum civitatumque incolis totius Livoniae, deinde ab eisdem simul et a Magistro Livoniae²⁾ et Statibus Ordinis Teutonicorum in Wolmar futura compertum nobis est.

Praeterea ab eodem ministro cognovi famam esse publicam Livoniae Magistrum certum Oratorem suum apud Regiam Vestram Maiestatem habuisse, per quem nihil aliud a Maiestate Vestra Regia petierit, Vestrae quoque Regiae Maiestati nihil magis studuerit persuadere, quam parem amicitiam et eam fidem, quam vicini amantissimi inter se prestare solent. Eapropter Regiam Maiestatem Vestram magnum in modum precor, certum reddat me earum rerum, quae Orator Magistri Livoniae a Regia Vestra Maiestate aut petit aut impetravit. Quibus acceptis, de ministri mei relatione ac fide eidem adhibenda iudicabimus.

Insuper a me nihil operae pretermittetur, quo intelligam, quid Comitiis Livoniensibus tractatum fuerit. Iam pridem quoque abiit in Germaniam inferiorem Nuntius meus, quem harum rerum exemplorandarum^{z)} causa isthinc^{a)} misi. Ei obvius alter, qui literas eas, quarum exemplum Regiae Vestrae Maiestati adiunxi, attulit, iussit eundem mature ea adire loca, ubi eiusmodi contra me tractatus fieri haud obscura essent argumenta. Demum Regiam Vestram Maiestatem latere nolo Nuntium meum, qui Livonia reddit, isthinc percepisse esse in curia Regiae Vestrae Maiestatis exploratorem quendam^{a)} Magistri Livoniae, cuius tamen neque nomen neque personam indicare potuit. Hic poterit forte industria ministrorum et aliorum Regiae Vestrae Maiestatis clam et inquire et deprehendi. Quae omnia Regiae Vestrae Maiestati optimo eoque obsequioso animo perspecta esse volui. Cui etiam me unice commendo.

Hii scriptis literis, advenit Georgius Clingenbeck, Consiliarius meus, a quo accepi Regiam Vestram Maiestatem adprobasse vehementer consilium meum, quod tamen in Maiestatis Vestrae arbitrium^{b)} reieceram, de animo utpote Magistri Livoniae ante perscrutando, quam responsum redderem petitioni sua. Quem evestigio Livoniam misi, ut et Comitiorum finem festinatione et iis adhuc frequentibus ea referat ad Magistrum Livoniae, que mihi consulta visa sunt et a Regia Vestra Maiestate comprobata. Valeat etc. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 5 Martii.

a) *verbum linea subductum (vel expunctum?).* 1) *Ioannes Blankenfeld.*

b) *in ms. arbitrium*

2) *Valterus a Plettenberg.*

z) *sic in ms.*

Annexum: Ignotus ad ducem Albertum:

In causa Livoniensi. Exemplum literarum Duci Alberto ex Germania missarum.

Optimo animo Illustrissimae Dominationi Vestrae significo hiis diebus ex amico quodam meo intellectisse, quod quidam equites conscribere tentaverint animo invadendi terras^{a)} Illustrissimae Dominationis Vestrae, addita causa: esse scilicet Ordinem Teuthonicorum in hoc institutum, ut Principibus, Comitibus et nobilitati Germanicae commodo sit. Id, quod hac rerum Pruthenicarum mutatione nobilitatis maxima iactura impediretur. Hinc iam tertio tentatum hostilem terrarum Illustrissimae Vestrae Dominationis invasionem, semper autem relictam imperfectam. Equidem que mea est in Illustrissimam Dominationem Vestram benevolentia observantiaque, respondi ex tempore Ordinem Teuthonicorum Christianismo plane adversum esse, quod si nobilitas Germanica ob corporis et ventris commodum conaretur contra Dei Optimi Maximi verbum Ordini Teuthonicorum patrocinari, futurum, ut omnes cognoscerent eandem no-

bilitatem plus, quae corpori commodare quam quae conscientiam securam et liberam reddere, aut fidutiam in Deum exercere possent, curare et meditari. Nam facile constare omnibus, quantum impossibilium ipsis onerum votis ridiculis et a nemine unquam servatis sibi imposuerint, cum absque Dei verbo, tum contra verbum Dei. Ad haec ille respondit hos conatus et hostilem terrarum Prussiae invasionem saepius quidem tentatam, quantum intelligat ipse, nunc plane desertam.

Haec, Serenissime Rex, non omnino contemnenda puto. Nam omnino ementitum esse vix credimus, quod et ab amicis et a vulgo asseritur. Quod si certiore aliquam famam intellexero, Maiestas Vestra quam primum a me accipiet.

In margine in initio scripti: Exemplum hoc literarum missum est Regi Poloniae 5 Martii.

a) *in ms. expunctum?*

N. 20.

E Regio Monte, 12.III.1526.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
gratias agit pro eo, quod sibi rex causam legationis Livoniensis aperuit.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 68-69.

In causa Livoniensi.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Literas Regiae Vestrae Maiestatis ex castro Marienburgensi datas accepi. Pergratum fuit, quod Regia Vestra Maiestas legationis Livoniensis summam mihi aperuit, ex qua non omnino falsam fuisse famam in Livonia deprehendi, quamquam causam legationis mihi relatam vanam nunc certo sciam. Caeterum studebo omni cura et diligentia officio meo in Livoniensi negotio non deesse. Nam aeque nihil mihi persuasum est, ac summa quedam erga nos rursum Maiestatis Vestrae benevolentia. Cui omnibus viribus ac pietate, si quo modo potero, respondebo. Milites Livonienses per Samogitiam clam Livoniam petere intellexi, quod nolo incognitum Regiae Vestrae Maiestati. Cui me, uti Domino et parenti charissimo, commendo. Datum ut supra.

Schedula.

Convenit inter me et subditos meos, ne annonam passim et absque mea scientia e terris meis per maria avehant, ob varios casus, qui quae totius orbis modo est commotio, et Pruthenicis terris accidere possunt. Qua in re forte Maiestatis Vestrae regia prudentia nonnihil prodesse posset publicae rei et futuris casibus. Quod tamen in Maiestatis Vestrae Regiae sacrum consilium collocamus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 12 Martii.

E Regio Monte, 12.III.1526.

*Albertus dux in Prussia**Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de desponsata sibi in uxorem filia seniore regis Daniae [Dorothea].**Cfr. El. XXXIV, N. 26.**Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 70-71.*

De ducenda uxore.

S[alutatio]. Iam pridem communicaveramus consilia nostra cum Magnificentia Vestra de ducenda nobis honesto et alto aliquo loco nata uxore. Quae ubi primum tentaremus, non quidem absque gravissimis causis irrita reddeabantur. Proinde constituebamus animo, quod ipsum Magnificentiae Vestrae similiter detegebamus, apud Regem electum¹⁾ Dacorum, ut filiam suam seniorem nobis matrimonio locaret, praesentibus agere, certi, quod ex Magnificentia Vestra Regia Maiestas hoc quoque intellectura esset. Nam quod ipsi Regiae Maiestati hoc consilium nostrum tunc non ante aperuimus, quin tentaremus, fecit hominum conditio, qua in horas quasque mutare eosdem saepe contigit. Verumtamen Dei Optimi Maximi benignitate hoc tum apud Regem Dacorum primis precibus facile impetravimus, hoc nobis tum responso reddito, ut quod secreto tunc egeramus, publice quoque et absque omni mora, prestito nobis certo ad hoc tempore, peteremus et contenderneremus.

Quod Regis Dacorum responsum ob id saltem grave nobis erat, quod consultationem, quam pietas filiorum erga parentes et subditorum erga Dominum exposcit, impediebat. Nam ob eam Regis festinationem nobis non licuit Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum et parentem nostrum charissimum, consultare aut saltem, quatenus res processisset, significare, antequam Oratores nostros istuc mitteremus. Non pretermisimus haec iniungere Oratori nostro Clingenbeck secreto ad Regiam Maeistatem Poloniae, Dominum et parentem nostrum charissimum, referenda. Qui, cum denegata sibi esset secreta audientia, rem obticuit.

Porro heri, in diei umbilico, redditate sunt nobis literae ab Oratoribus nostris ex Datia redeuntibus praemissae, quos ob eam filiam publice a Rege petendam misi. Hae continebant Regis, filiae quoque ipsius benignam mentem, nam promissa est nobis omnium Ordinum Regni illius consensu, et chorea ducta, peractis sponsaliis, a filia Regis, prima Duce Prussiae et Episcopo²⁾ nostro Oratore Pomezaniensi. Quod fortunet Pater ille coelestis, cuius miserations super omnia opera eius. Quare oramus vehementer, Optime et Suspiciende Frater, fungimini charissimi fratris, nedum amici officio, excusando nos apud Regiam Maiestatem Poloniae, quemadmodum supra memoravimus. Cui non minus volebamus consilia nostra aperta, quam iam rem ipsam confectam et sponsalia peracta notissima et quam gratissima esse percupimus. Quod ubi Magnificentiae Vestrae opera confectum impetratumque fuerit a Regia Maiestate, magnus ad Vestrae Magnificentiae pristina erga non studia cumulus accedet.

Accepimus etiam milites Livonienses sensim per Samagitiam Livoniam petere. Quod Regiae Maiestati haud incognitum esse volumus. Rogamus etiam, Magnificentia Vestra satis mature nobis significet vocationem nostri a Rege futuram. Qua in re diligentia vestra nobis multum proderit.

Divisimus enim equites nostros, quos ob id convocaveramus, atque tum revocare nos oportebit. Datum ex Regio Monte, die et anno ut supra.

Hii literis scriptis, redita est nobis epistola Vestrae Magnificentiae. Optime et Iucundissime Frater, placet animus, placet epistola, gratum est studium in Fuccaros, exosculamur diligentiam vestram in redendis literis Duci Carolo,³⁾ adoramus regiam benignitatem in nos et nostra consilia. Quid plura? Aequum est, ut offitiis id prestemus mutuo, quod appellatione promittimus. Mittimus hic sculptorem nostrum, si qua arte naturam mutare possit. Magnificentiam Vestram in Domino valere optamus. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Christoferum Schidlowyetz, 12 Martii.

1) *Fridericus I.*

2) *Erhardus Qucis.*

3) *Munsterbergensis (Ziembicensis).*

N. 22.

E Regio Monte, 15.III.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

Narcissum piscatorem, « Andreeae Granders et eius societatis Augustae familiarem », qui se et dominos suos aliqua iniuria per Iudeum Abraham de Praga affectos esse affirmat, ad regem mittit et commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 72.

N. 23.

E Regio Monte, 16.III.1526.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario, sculptorem quendam una cum nummo argenteo, artificii sui teste, mittit; de peditibus Bremae collectis miratur et suspicatur eos a Livonensibus conduci.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 23

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 69.

N. 24.

E Regio Monte, 16.III.1526.

Albertus dux in Prussia

capitaneo in Bratian [Ioanni Wieczwiński]

pro libello Erasmi Roterodamensis, qui « Lingua » inscribitur, gratias agit eique libellum Martini [Lutheri] « De servo arbitrio » dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 23.

E Regio Monte, 16.III.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

Martinum Hermensdorff, civem Regiomontanum, commendat rogans, ut terminus causae eius, quam cum Matthia Lange, cive Gedanensi, habet, propter absentiam eius usque ad eius redditum procrastinetur.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 10.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 73-74.

E Regio Monte, 19.III.1526.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario, intercessionem apud regem expetit, ut soror defuncti ducis Masoviae fratris suo Gulielmo in matrimonium locari possit.

Cfr. El. XXXIV, N. 28.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 75-76.

In Principis puellae Mazoviae etc. causa et Marchionis Wilhelmi etc. S[alutatio]. Magnifice Domine, Amice, Frater.

Etsi admoneri Magnificentiam Vestram potius patiatur lex amicitiae nostrae, alioqui arctissimae, quam rogari, tamen sollicitat nos propemodum sanguinis necessitudo adeo, ut maluimus peccare quam negligere quidpiam petendo. Intelleximus, mi Frater, Ducis Mazoviae deflendum obitum, utpote hominis et iuvenis et coniuncti nobis, nisi levaremur hoc dolore, quod eum fragili exutum corpore Deo nostro vivere speramus. Proinde nobis homnibus quis prohibebit humana cogitare? Relicta est soror¹⁾ Mazoviae Ducis inclyta, relicta est nominata laudataque terra Mazoviae. Haec Dominum, illa maritum desyderant. Neque que Regis est summa prudentia, summa in Rempublicam cura, desyderium hoc iustum neglet.

Nunc, amabilis mi Frater, quod animo voluimus, meditamur, cupimus, desperamus, speramus, in vestrum sinum proicimus. Marchio Wilhelmus, frater noster charissimus iunior natu, restat, bona aliqua dote, opibus, Ducatu, terra honorandus, atque id maxime ab eo potentissimo Rege, qui Domum Brandenburgensem sanguine iunctissimam habet. Cui eadem omnibus membris, viribus, opibus in rebus adversis presto esse debitam se fatetur, occasio autem nunquam data est aut optatior aut commodior ornandae Domus Brandenburgensis, quam hac ipsa re. Quam et utrisque, relictæ scilicet sorori et Wilhelmo, fratri nostro, ut gratam, ita speramus commodam futuram, primum Regiae Maiestati, deinde terrae Mazoviae salubrem, postremo autem et toti Familiae Brandenburgensis honorificam. Eius porro rei confidienda totum consilium, mi Frater, vestrum est. Verba deficiunt petenti, spes non item. Unum hoc sic habeat Magnificentia Vestra, si hanc rem vestra opera a Rege (cui scripsimus

propria manu) impetraverimus, si huic sollicitudini nostrae subvenerit studium Vestrae Magnificentiae, si dilectissimi fratris Wilhelmi rebus et fortunis per eandem subventum fuerit, in referenda gratia non litteras, ut hactenus, datus nos, sed hoc, quod familiae de Schidlowyetz et honorificum et utile futurum sit (id, quod apertius Magnificentia Vestra ex nobis intelliget), ut neque Magnificentiam Vestram poeniteat vel fratre habuisse Albertum, vel inservisse Marchionibus, neglectis interim caeteris amicis. Haec Dominus Deus, pater omnium misericordiarum, si est voluntas, in cor Magnificentiae Vestrae scribat regatque. Valeat Magnificentia Vestra in Domino, mi Frater.

In margine in initio scripti: Ad Schidlowyetz, 19 Martii.

1) *Anna.*

N. 27.

E Regio Monte, 19.III.1526.

*Albertus dux in Prussia
ecclesiastae Gedanensi
longas et doctas litteras suas se accepisse nuntiat, nec neglecturum se
esse ea, quae officii sui sint; pro libello sibi dono missso gratias agit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 74-75.*

N. 28.

E Regio Monte, 22.III.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
intercedit pro sacerdotibus ob contractum matrimonium captivis.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 77-80.*

Intercedit pro nonnullis captivis apud Regiam Maiestatem Poloniae. Tametsi diu addubitarem, Serenissime Rex, Domine et Pater mi Observandissime, an has literas ad Maiestatem Vestram darem, ea prudentia vel natura praeditam, eo frequentissimo Senatu circumdatam, ut parum circumspectus superbusdam accusari possim monitor, earum maxime rerum, quae publice a frequenti eoque regio consilio fiunt, ne tamen hoc, quod animo volvi iam pridem, obticerem consilium, monuit imprimis obsequium et observantia, impulit ius iurandum, adhortatus est noster, coegit sanguis, vicitque tandem addubitationem pietas, ut malim imprudens a quibusvis iudicari, quam pretermittere id, quod muneris quoque mei esse sum arbitratus, certus alioqui hanc meam fidam admonitionem quibusdam suspectam ac proinde displicituram, attamen non ita insalubre fore Regiae Vestrae Maiestati.

Compertum mihi est, Serenissime Rex, Regiam Vestram Maiestatem statuisse animadversionem adversum eos, qui motus, tumultus, disciplinae publicae novationes, seditiones quoque in Regiae Vestrae Maiestatis provintia passim aut docuerunt, aut excitaverunt, aut ortas auxerunt se-

ditiones, contra nedum divinam scripturam, sed et disciplinam publicam. Quod quam regium et iustissimum sit, atque quam acerrime plectendi harum rerum quicunque convicti iusta ratione authores, sive clerici sive plebei, utpote Reipublicae pestes, nedum hostes, neque ego improbo, neque aliquis bonus est. Porro iuxta haec intelleximus iuditium institutum idque iam nunc in eos partim exercitum, qui apertas doctrinas Iesu Christi et Apostolorum sequuti, hominum constitutiones tantum violarunt, ut plurimum necessitate et honestate coacti. In quo quidem homines non ante carceribus aut proscriptionibus, quam scriptura divina victi essent, erat animadvertisendum. An non honorabile coniugium omnibus, Apostolo teste? An Regni Dei partem habituri sunt fornicatores? Eam doctrinam veram et sanctam Regia Vestra Maiestas, quod scio, fatetur, sed sequi eam cur non est sine gravissima poena? Ego haud aequum putarim in rebus longe dissimilibus eandem ferre sententiam.

Vitam adimit lex non solum Regum terrae, sed et divina conspiratoribus in Rempublicam caeteris item seditiosis, vel clericis vel plebeis, aequo docentibus ac factoribus. Verum eadem lex Dei benedicit matrimonio omnium hominum et illud liberum relinquit omnibus. Immo iubet eos cavere, qui prohibeant uni aut alteri. Proinde quum res non agatur Maiestati Vestrae cum sacerdotibus vix panem quottidianum habentibus, quos quam facilimum quidem est relegare, proscribere, occidere item, verum cum ipsius Dei et Patris coelestis Filio, Verbo aeterno et immutabili, omnibus aequo adorando timendoque, quo quidem coniuges omnes secure agunt vitam coram Deo, etsi non ita coram mundo et hominibus, hinc Regiam Vestram Maiestatem, ut debedo quidem, in Domino admoneo, adhortor et pro causae gravitate subditus Dominum, filius patrem, nepos avunculum charissimum et observandissimum, obtestor, advertat animo, neque semel tantum legat hoc fidum et christianum meum consilium, ne scilicet, Serenissime Rex, mi Pater, causa ista seditiosorum, piorumque quoque clericorum verbum Domini docentium misceatur. Neve in violatione constitutionum humanarum earumque, quae Dei legi et scripturis sanctis repugnant, utpote de celibatu in universum omnibus clericis statuto, de vetitis cibis, Maiestas Vestra alium, quam verbi Dei scripturam, iudicem sequatur. Immo in animum inducat iuditium, quod idem verbum, Filius Dei, non quidem ad prescriptum humanarum constitutionum, sed ad suum in conspectu Patris et omnium gentium, cum Regia Vestra [Maiestate] habiturum tandem est.

Non ludo, Serenissime Rex, mi Pater et Avuncule charissime, neque de terrarum limitibus, quos cras aut perendie dimittimus, aliis scribo, sed ne iram Domini et Dei Patris asciscat, consulo et adhortor, atque hoc ipsum ex debita obedientia ac ex animo. Utinam et cor meum conspicere liceat! Res Maiestatis Vestrae agitur, causa Domini est. Cuius verbum habent coniuges omnes ab origine usque ad consummationem seculi, seditiosi non item. Quare non paciatur Maiestas Vestra temere iuditium ferri contra eos, qui scripturam verbi Dei appellant. Diversum neque suadere debeo, neque possum. Verbum Patris, quod iudicem futurum credimus vivorum et mortuorum, iudicabit inter Regiam Vestram Maiestatem et me de synceritate mei consilii. Quod Regiam Vestram Maiestatem eo, quo scripsi animo amplexaturam spero. Et eandem Domino Deo commendo. Valeat Regia Vestra Maiestas foeliciter. 22 Martii 1526.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 22 Martii.

E Regio Monte, 23.III.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de futuris nuptiis suis cum Dorothea principe Danica nuntiat et regem
ad eas cohonestandas invitat.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 81-82.

Indicat Regiae Maiestati Poloniae filiam Regis Datiae in matrimonium sibi collocatam esse.

Postquam Deo Optimo Maximo ita visum est, quod nulla alia pax vel constantior vel divinis preceptis magis respondens inter Poloniae Regnum et me, meam provintiam atque subditos meos, vel erigi vel conservari potuisset, quam quod Regiae Maiestati quam iunctissimi essemus hiis conditionibus, quas Regiam Vestram Maiestatem haud latere scio, quod id ipsum tamen^{a)} non nostro consilio, sed matura diuturnaque consultatione et quotidianis fere precibus omnium Ordinum, et equestrium et plebeiorum, meae terrae factum esse vere fateri possum; preterea cum sim et meorum exemplo ad hoc ipsum inductus, eorum scilicet, qui antehac mecum gubernandae provintiae meae participes erant, ut relichto priore ordine elegerimus alium, videlicet coniugalem, vere christianum et omnibus honorabilem aequa ac communem a celesti Patre institutum, deinde ab illius Unigenito, Domino atque Redemptore nostro, et honoratum et confirmatum, eam ob rem Regiae Vestrae Maiestati significamus Illustrissimum Principem et Dominum, Dominum Friderichum, Datiae, Sclavorum et Gotthorum Regem, Norvegiaeque Electum etc., filiam suam natu maiorem, Illustrum Dominam Dorotheam, ex regali styrpe procreatam, Ducissam Sleswicensem, Holstainensem etc., nobis in matrimonium collocasse, eamque nobis ad festum Divi Ioannis Baptistae proximum missurum esse. Regiam itaque Maiestatem Vestram plurimum et obsequiose rogo, eadem supradicto tempore ad honorandas huiusmodi nostras nuptias comparere et in Domino nobiscum gaudere non dedignetur. Id summo studio erga Regiam Vestram Maiestatem promererri studebo. Etc. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 23 mensis Martii.

a) *supra lineam scriptum.*

E Regio Monte, 23.III.1526.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,

*de litteris suis, quaedam consilia continentibus, regi missis; de non
laedenda iurisdictione episcopi Pomesaniensis.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 80-81.

In causa evangelica.

S[alutatio]. Amantissime mi Frater.

Mittimus Regiae Maiestati, Domino et avunculo nostro observandissi-

mo, literas, quibus animi nostri fida, debita ac pia consilia aperuimus. Quae si a Regia Maiestate non aspernabuntur, nobis non tantum accedit honoris, quantum Regiae illius Maiestati salutis. Hominem scimus nos esse, proinde aliud nisi monere. hortari, consulere nequivimus. Rogamus autem Magnificentiam Vestram plurimum et vehementer, consyderet ipsa quoque Regiae Maiestatis salutem, quam scit ad solum Dei verbum vel stare vel cadere. Expendat etiam conscientiam propriam, an malum consultorem se prebuerit Albertus, quo vel vivo vel mortuo ipsius a piis semper iudicabitur pium consilium. Relegat Magnificentia Vestra epistolam hanc, non manibus tantum amanuensis nostri, sed ipso nostro^{a)} corde in cor vestrum scriptam.

Rogamus preterea, Magnificentia Vestra prospiciat, ne iurisdictio Episcopi nostri Pomezaniensis¹⁾ isthic ledatur. Id, quod velimus Magnificentiam Vestram diligenter apud Regiam Maiestatem agere, et quoniam eundem ad Regiam Maiestatem mittemus brevi nostris in negotiis, adiuvet eundem, quo citius commodiusque et audiri et mandata nostra exequi possit. Valeat Magnificentia Vestra. Ex Monte Regio, die et anno, quibus supra.

In margine in initio scripti: Ad Schidlowyetz, 23 Martii.

a) in ms. nostro

1) Erhardus Queis.

N. 31.

E Regio Monte, 23.III.1526.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
ad nuptias suas cum Dorothea, filia Friderici regis Daniae, praesentia
sua cohonestandas eum invitat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 82.

N. 32.

E Regio Monte, 26.III.1526.

*Albertus dux in Prussia
Severino Boner, burgrabio et zuppario Cracoviensi,
pro opera consiliario suo, Georgio Klingenbeck, in aula regia praestito
gratias agit eumque denuo commendat.*

(Germanice).

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 4v.

N. 33.

E Regio Monte, 28.III.1526.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Salamanca, comiti in Ortenburg,

*mutationem status terrarum Prussiae brevibus indicat; ad nuptias cum
Dorothea, filia Friderici regis Daniae, eum invitat; archiducem Fer-
dinandum et imperatorem Carolum salutat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 83.

N. 34.

E Regio Monte, 29.III.1526.

Albertus dux in Prussia

archiepiscopo Strigoniensi [Vladislao Szalkay]

operam petit in obtinendo a rege Hungariae debito sibi salario.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 77.

Petit offitium et operam in extorquendo salario debito a Regia Maie-
state Hungariae.¹⁾

S[alutatio]. Reverendissime Domine, Amice vehementer amate.

Omnibus officiis plenas literas dedit Reverendissima Vestra Dominatio ad Magnificum Dominum Christoferum de Schidlowyetz, Capitaneum Cracoviensem ac Regni Poloniae Supremum Cancellarium. Quae perlectae ab illo et nobis transmissae, fuerunt nobis pergratae. Nam et declarabant animum Reverendissimae Dominationis Vestrae erga nos pristinum, tantum monebant ignorare Reverendissimam Dominationem Vestram ipsum negotium, in quo peteretur offitium vestrum. Quod paucis significamus.

Sacra Regia Maiestas debet nobis ex constituto salario aliquid pecuniae. Cuius debiti commonefaciendi gratia et monuimus et monemus Reverendissimam Dominationem Vestram. Agat itaque hac in re Dominum et amicum veterem. Id, quod et priora officia haud obscura et praedictae literae promittunt. Caeterum sciat Reverendissima Dominatio Vestra Serenissimum Dacorum, Gotthorum Sclavorumque Regem filiam suam natu maiorem, Illustrissimam Principem Dominam Dorotheam, Ducem Holstainensem, Sleswicensem etc., matrimonio nobis locasse. Quod foelix faustumque precamur et nobis et terris utriusque nostrum. Serenissimo Domino Regi et Serenissimae Reginae Hungariae Bohemiaeque²⁾ commendat nos Reverendissima Dominatio Vestra. Quam in Domino valere exoptamus. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Archiepiscopum Strigoniensem, 29 Martii.

1) Ludovicus II.

2) Maria.

E Regio Monte, 31.III.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Georgio Wolff interpellat, cui Senatus Elbingensis pecuniam, ei pro bonis immobilibus, quae eiusdem civitatis civibus vendiderat, debitam, solvere non vult, ut ei eadem pecunia sine mora restituatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 84.

E Regio Monte, 7.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

gaudet de prohibito transitu militum per Samogitiam; pro benevolentia regis erga Domum Brandenburgensem gratias agit; Martinum Hermensdorff excusat et commendat.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 87-88.

Ut milites per Samogitiam facere iter prohibeatur, deque aliis rebus, quemadmodum ordine videbis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Profectionem militum per Samogithiam prohibitam summopere iaudio, id, quod prioribus literis mihi significatum est. Cuius autem culpa fiat, ut indies per Regnum Maiestatis Vestrae ad nostram terram adveniant pedites et equites, aut securitatem petentes, aut occlusa itinera deprecantes, satis mirari non possum. Poterit forte hoc prohiberi officium Maiestatis Vestrae magis diligentia providentia.

Quod posterioribus literis de matrimonio mihi respondere dignata est Regia Vestra Maiestas hiis ferme verbis, quantum in Regia Vestra Maiestate futurum sit, libenter mihi et Domui Brandenburgensi commodaturam et gratificaturam, tam in hac ipsa re, quam in aliis, quam primum Regnum reversa fuerit, non potui non magnum in modum mihi^{a)} gaudere^{b)}, gratulari Domui Brandenburgensi atque debitas nempe maximas, Regiae Vestrae Maiestati pro hac gratia agere gratias. Scio enim in Regia Vestra Maiestate plurimum et potestatis et voluntatis et facultatis situm. Quem ipsum animum Regiae Vestrae Maiestatis in me et revereor et amplector, hac spe futurum, ut fuisse iunctam Regiae Vestrae Maiestati tam arctissime Domum Brandenburgensem utilitati non minus quam honori et ornamento sit.

Festo Paschae, Serenissime Rex, duo milia aureorum meo nomine numerata optimo civi, Michaeli Meydell Cracoviensi, a Regiae Vestrae Maiestatis quaestoribus arbitror. Quod si factum non est, rogo plurimum^{c)}, mei memor sit filii et subditi. Demum Maiestatem Vestram scire volo, eandem fortasse perperam a quibusdam in causa Martini Hermsdorffs edoctam esse. Non enim absentia eius spontanea ac voluntaria est. Cogitur equidem summa negotiorum suorum (quae in Germania inferiori habet) necessitate tam diu a patria abesse. Ita res sese cum illo habet

et non aliter. Nam dedi ego huic aliquot literas commendatitias ad pri-
mores Hollandiae, Selandiae, aliorumque locorum, negotia sua concer-
nentes. Clementius igitur secum agatur, summe precor agoque de pro-
ductione caussae ipsius ingentes gratias. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, septima Aprilis, 1526.

- a) *mihi suprascriptum pro non expuncto:* no-
bis
- b) *in margine alia manu:* Agit gratias de be-
nevolentia erga Domum Brandenburgensem
- c) *in margine alia manu:* In causa Herms-
dorff.

N. 37.

E Regio Monte, 7.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de causa Narcissi piscatoris; de matrimonio suo a rege approbato; de
negotio Gulielmi marchionis; de mittendis libris et regestis, ad ter-
ram Marienburgensem spectantibus; de simulacro imperatoris Tur-
carum sibi mittendo; de promovenda concordia inter Pomeraniae du-
ces et Domum Brandenburgensem.

Cfr. El. XXXIV, N. 35.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 91-93.

In causa Narcisci²⁾ piscatoris. De matrimonio Principis. De negotio
Wilhelmi Marchionis. De regestis ad terram Marienburgensem spec-
tantibus deque tractanda concordia inter Duces Pomeraniae et Mar-
chionem.

Quaternas literas eodem die accepimus, Magnifice Domine, Iucundis-
sime Frater. Primis intelligebamus Narcisci piscatoris causam ob nos-
trum commendationem commendatissimam esse. Agnoscamus offitum
amicissimi animi. Secundis narrabatur nobis gratissimum fuisse matri-
monium nostrum Regiae Maiestati, Domino et patri nostro clementissimo.
Quod ipsum a patre et Domino nostro collaudatum magis atque magis
nos oblectat. Neque nos eam rem celare voluimus Regiam Maiestatem
neque debebamus, nisi secundam audientiam, quam Georgius Clingenbeck,
Orator noster, ut primam, quae absque arbitris fuerat, refertam tot Consiliariis
vidisset. Quam ipsam audientiam potissimum referendum eiusmo-
di matrimonium Regi, Domino et patri nostro clementissimo, a nobis
iussus est petere, neque postea licuit eandem impetrare, presertim
tunc absente Magnificentia Vestra, ^{a)}que eundem effecit pusillanimorem^{b)}.
^{c)}Hoc autem spondemus, si quid commodare poterimus Regiae Maiestati
per hanc arctissimam contractam cum Rege Dacorum¹⁾ amicitiam et
necessitudinem, moniti a Vestra Magnificentia, nihil nos operae, consilii,
diligentiae aut curae pretermissores.

Caeterum de negotio et fortunis Marchionis Wilhelmi^{d)}, fratris nostri
dulcissimi, quam solliciti simus et quam amanter, studiose studioseque^{e)}
proximis literis eiusdem cure Magnificentiam Vestram fecerimus partici-
pem, testatur epistola, testatur fervens et amans animus noster. Stu-

dium autem et officium Magnificentiae Vestrae promittit necessitudo et mutuus noster amor.

Nova, quae a Magnificentia Vestra nobis communicata sunt, magnum in modum nos delectarunt. Libros et regesta, terram Marienburgensem septantia, ubi primum et otium nacti fuerimus eaque selegerimus, ad Magnificentiam Vestram dabimus. Sed distinemur infinitis modo negotiis, ut vere dicere possimus trudi ab negotio negotium.

Symulachrum Imperatoris Turcarum, quam primum sculptum fuerit, mitti nobis rogamus plurimum.

Pomeranii Duces²⁾ qua parte veniant, cupimus scire atque in eo negotio hoc saltem velimus, agat Magnificentia Vestra se pacis et concordiae amatorem, si quo modo inter Brandenburgensem Domum et Pomeraniae Domum ea reddi posset. Si nos advocabimur, idem agemus.

Achatium Zcemen²⁾, cui nos bene volumus atque dignum nostra commendatione vestraque amicitia arbitramur, Magnificentiae Vestrae vehementer commendamus. Gratulamur Magnificentiae Vestrae simul et Gedanensibus legationem vestram. Confidimus quoque prudentiae vestrae, nec minus pietati. Nam certo arbitramur tale iudicium fore, quale et conscientia affectabit et verbi Dei honor adorandaque²⁾ expostulabit. Magnificentiam Vestram in Domino valere exoptamus. Cui nos amico et fratri commendamus. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Schidlowyetz, 7 Aprilis.

a)-b) *in margine.*

c)-d) *transpositio verborum in textu:* nihil
nos operae, consilii, diligentiae aut curae
pretermissuros. Caeterum de negotio et
fortunis Marchionis. Hoc autem sponde-
mus si quid commodare poterimus Regiae
Majestati per hanc arctissimam contrac-
tam cum Rege Dacorum amicitiam et ne-
cessitudinem, moniti a Vestra Magnifica-
tia nihil operae

z) sic in ms.

1) *Fridericus I.*

2) *Georgius I et Barnim IX.*

N. 38.

E Regio Monte, 7.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

*Achatio Czema, capitaneo Sluchoviensi,
ad tres epistolas ab eo acceptas respondet; pro consilio gratias agit; re-
gistra oppidi Stargard mittit etc.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 5-6.

Was an Achacien Zemen den 7 tag Aprilis anno etc. im 26 geschrieben.
Edler, lieber, besonder.

Drey schriften haben wir nacheinander von euch emphanget. Der²⁾ eyne geben am Sonnabendt vor Palmen, die ander am Montag noch Pal-
men, die dritte am Osterabendt. In der ersten befinden wir ein furschrift
fur unsern untherthanen Georgen Schlesier, welcher er dan genossen ha-
ben solt, wo er nit vorhin dermassen ein geleydt abend zu demselbigen
angesatzten tag gehabt, das er es selbst so gut nit gewist und zufriden
nuhmals ist. In der andern haben wir gern gehort, das ko.mt. dermassen

gesondt, aber was die CCC bedeuten, konnen wir abnemen und bevelchen es dem Almechtigen, in welches handt aller menschen, fursten und kōnigen hertzen sindt. Wollen euch treulicher, gnediger meynung gewarnet haben, das ir nichts destweniger dasjhenig handelt, redt und radt, das mit dem gewissen und dem gotlichen wort besthechen mög hie und dort. Wer sich mein schemen wurdt vor den menschen, des wil ich mich sche- men vor dem angesicht meynes himelischen vatters.

Wir bedancken uns ferner eurs rats, das wir mit etzlichen masauisch hern handeln lassen solten. Wollen auch desselbigen rats in kain vergessen gestalt haben.

Aus Eyfflandt haben wir noch kein zeytung, dan auch unsere geschick- ten noch nit widerkommen.

Etlich regis[ter] über Stargarten schigken wir euch hiemit zu und so wir der mehr finden, auch was den zehenden, das Schloausche und Cristburgische ampt betreffendt, auch unvorhalten pleyben. Es ist aber unser gnedigs synnen an euch und die andern, wollet hiemit nit eylen, dan es den unsern vil muhe nymbt und wir on das yetzo mit vil geschef- ten beladen, wie ir abzunemen habt.

Von eyнем, der ein weib genomen hern Cristoffen, wollen wir uns unden an schreyben.

Wir bedancken uns des dritten brief halber, das ir uff unser freudt und beylager kommen wolt. Doneben betrubt uns, das eur mutter mit todt abgangen. Doch wissen wir uns widerumb anders dan die heyden im Hern zu trösten des zukunftigen waren lebens.

Ko. mt. wil uns ein antwort geben der masauischen sachen halber, so ire mt. wider anheim kombt. Dan ire mt. schreyben, das sie sonderlich hinder irer mt. rethen nichts thun können.

Den schegken zur stadt wollen wir eurn hauptman in Cristberg zuschigken.

Eurn vettern wollen wir gern, wie ir gebeten, dermassen erhalten, wiewol wir leyden möchten, das er darnach ein zeit lang bey euch wer, domit er das polnisch lernt und darnach wir inen desto bas zu geprau- chen hetten.

Das wir sehr gerust dissrnals zu ko.mt. kommen solten, ist unser gelegenheit und meynung nit. So es aber einmal von nötien, wollen wir als der diener alssdan dergestalt ernst furgeben, wie wir auch den prauchen wollen. Wollet uns auch alssdan furderlich verstendigen, an welchem ort die Pomern einkomen seyn, dazu auch eurn vleyss furwenden, domit friedt und einigkeit zwischen dem Pomern und dem haus Brandenburg erhalten wurdt. Doneben auch zeitlichen zu wissen thon die erforderung ko.mt. unser person halber, domit wir nit ubereylet.

Das ir der geschickten einer nach Dantzka seyt, wunschen wir euch gnadt von dem Almechtigen, das ir dasselbig zu ehrn dem gotlichen wort und gleichmessig eurm gewissen ausricht.

Wir schigken euch hiemit zu 60 fl., wie uns der erbar unser lieber, getreuer Nickel Niptitzsch gebeten. Welches alles wir euch gnediger wol- meynung uff eur schrift nit haben bergen wollen, den: wir mit allen gnaden und freuntlich willen geneigt sein. Datum ut supra.

In initio epistolae in margine: Achacius Zceme.

z) sic in ms.

E Regio Monte, 7.IV.1526.

*Albertus dux in Prussia**Iaroslao Łaski**ob litterarum omissam scriptionem se excusat; aliqua nova scribit.**Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 93-94.*

Firmorem putabamus, Magnifice Iaroslai, amicitiam nostram, quam ut ex quantulacunque caussa vel suspicionem admireret, vel iacturam pateretur. Et qui oblivisceremur amici? Didicimus iam pridem amicitias immortales, leges autem optimas mortales esse debere. Negotiorum nostrorum magnitudo efficit, non oblivio aut fastidium, ut ad breves dies literarum familiarium scriptionem obmitteremus. Solent enim qui uxores duxerunt, plus aliis variis rebus occupati, solliciti ac pene oeconomi esse, presertim autem nos, qui non solum novus Dux ferendis novis legibus et novus maritus ornanda uxore, ornandis item navibus, quae duo nunquam, ut ille ait, satis ornantur, distenti sumus. Recte se habet amicitia nostra, nihil commune cum ea ipsa habet aut suspicio aut timor.

De rebus novis nobis communicatis agimus gratiam. Idem faciemus. Rex Galliarum certis conditionibus dicitur^{a)} liber. Quod falsum esse vel hinc coniicimus, quod pedites gregatim iam Italiam redire audivimus certe. Concordiam inter Regem et Dominum nostrum clementissimum ac nos initam male audire apud Caesaream Maiestatem susque deque ferimus. Satis est eandem Polonis et Pruthenis placere, quanquam percupemus aequre omnibus rei ipsius rationem et cognitam et perpensam^{b)}. Reverendum Livoniae Magistrum¹⁾, utpote rara eaque eximia prudentia peditum, foris et domi clarum exercitumque hominem, senem venerabilem et fortem, inexpertam iuventutem senectuti et canicie prelatum haud credimus. Quod si fieret, diceremus bis pueros senes esse. Sed potius falsam hanc famam, quam puerum hunc egregium fortissimumque senem suspicabamur... Datum ut supra.

a) in ms. diciter

b) in ms. perpersam

1) Valterus a Plettenberg.

E Regio Monte, 7.IV.1526.

*Albertus dux in Prussia**castellano Plocensi [Ioanni Wieczwiński]**de morte ducis Masoviae [Janusii III] et ducis Venetorum; pro consilio gratias agit.**Ostpr. Fol., vol. 48, f. 90.*

De obitu Ducis Mazoviae ac Ducis Venetorum, agitque tandem [gratias] de fido consilio et diligenti admonitione.

S[alutatio]. Magnifice Domine et Amice.

Ex schedula inclusa ego intellexi, quod significasti mihi obitum bonae memoriae Ducis Mazoviae, similiter Ducis Venetorum¹⁾, et quomodo

illi detestabili manu suorum perierunt. Certe nos vehementer dolemus, et presertim talem mortem amici nostri et consanguinei. Etiam valde grato audivimus monitionem Vestrae Dominationis, quod nos monet, ut isto tempore iniquo nobis magis prospiciamus, quam antea. Ego nos^a fidum Dominationis Vestrae consilium non aspernabimur, immo de eodem agimus Dominationi Vestrae magnas gratias. Possumus enim intelligere, quid velit Dominatio Vestra cum hac monitione. Tamen, ut iam pridem fecimus, omnem nostram curam proiiciemus in eum, qui dixit se de nobis curam habere et omnes capillos capitatis nostri numerasse. Tantum rogamus Dominationem Vestram, si advenerint Duces Stulpenses, ea ad rem loquatur, consulat et dicat, que ad pacem et amicitiam istorum Principum Pomeraniae^b et Brandenburgensium conservandam pertinent. Quod item fatiamus, si fuerimus^a. Dominationi Vestrae nos commendamus, ut amico dilecto et veteri. Valeat Dominatio Vestra. Ex Regio Monte.

Scripsit has literas Princeps manu propria.

In margine in initio scripti: Castellano Plocensi, 7 Aprilis.

a) ex alio correctum.

z) sic in ms.

1) Non constat Venetorum ducem hoc anno
mortuum esse.

2) Georgius I et Barnim IX.

N. 41.

E Regio Monte, 7.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

castellano Plocensi [Ioanni Wieczwiński]

Christophorum Szydłowiecki laudat; gaudet, quod liber Lutheri « De servo arbitrio », ei a se dono missus, ei placuit, atque nonnullas considerationes de eodem libro pronuntiat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 88-89.

N. 42.

E Regio Monte, 7.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

praesidibus Generalis Caesarei Iudicii Malinae (in Mechlin)

pro Martino Hermensdorff, cive Regiomontano, cui navis mercibus onerata in oppido Middelburg (in ms. Mittelburgii) a quibusdam arrestata, impedita, occupata et denique vendita erat, intercedit, ut eam sine mora recuperare possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 85-86.

E Regio Monte, 8.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Zambocki, secretario regio,
de rara litterarum scriptione eum excusat adventumque eius ad se ex-
postulat; scire cupit, quo animo «Regia Maiestas acceperit, legerit,
probaverit reprobaveritque epistolam nostram, quam illius Maiestati
de causa Evangelii scripsimus».*

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 34.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 94-95.

E Regio Monte, 10.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
de indicando sibi die et loco sui cum rege conventus et de argumentis
in eo conventu tractandis.*

Cfr. El. XXX, N. 14.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 95-96.

Commonefacit earum²⁾, quae per Sambensem Episcopum¹⁾ petita sunt. De privilegiis reddendis. De pace inter Marchionem Ioachymum et Ducem Stolensem. De moneta etc.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Ardua terrae nostrae negotia cogunt me Serenissimam Vestram Maiestatem earum rerum commonefacere, quae iam pridem per Reverendum nostrum amicum, Episcopum Sambensem, a Regia Maiestate Vestra petitiae sunt, utpote quo tempore et quo locorum Regia Vestra Maiestas me vocatura sit. Nam quantum referat utriusque nostrum quam diligenterissime de publicis negotiis et Regni Maiestatis Vestrae et meae terrae, in nostrum conventum ab ipsa Maiestate Vestra dilatis, conferre ac de eisdem concludere, Regia Vestra Maiestas tanto iudicabit prudentius, quanto plus nostris terris utilitas necessitasque Regni Maiestatis Vestrae eundem conventum nostrum desyderat.

Privilegia enim reddenda sunt a me et de hiis pleraque Regiae Vestrae Maiestati communicanda. Sigillis munienda certae literae. De pace inter Illustrum Ioachymum Electorem et Duces Stolenses tractandum. De moneta publica vel aestimata vel cudenda. De negotio Livoniensi, de variis eternisque controversiis limitum. De publicis legibus, de annonae, et quae vel titulo numerare longum est, quae item secretiora sunt, quam ut vel titulis indicanda. Cuius momenti haec sint, que modo tantum nu-

meravi, expendat Regia Vestra Maiestas et responso me dignetur. Quam
in Domino valere exopto.

Simili modo scriptum est ad Schidlowitz mutatis mutandis.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, decima Aprilis.

a) sic in ms.

1) Georgius Polenz.

N. 45.

E Regio Monte, 10.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,

*intercessionem expetit in ducissa Masoviae fratri suo Gulielmo in matri-
monium collocanda.*

Cfr. El. XXXIV, N. 33.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 96-97.

Purgat se rare scriptionis, fitque deinde mentio negotii Wilhelmi Mar-
chionis Brandenburgensis.

Quamvis nos negligentiae nomine accusari a Reverenda Vestra Pa-
ternitate suspicamur, tamen negotiorum nostrorum multitudinem, hiis
maxime gravissimis temporibus, excusare nos apud eandem speramus.
Defuerunt etiam causae, tametsi accusationes^{a)} fuissent. Memoria autem
nihilominus tenemus, quam egregiam operam suam ingenuo et candido
animo spoonderit Vestra Paternitas, quum Cracoviae essemus, si qua in
re vestro officio, consilio, servitiis denique nobis opus foret. Eum Pater-
nitatis Vestrae in nos animum merito laudamus et reveremur. Ea etiam
fidutia freti, primas nostras preces, ut non impossibiles^{b)}, ita haud inef-
ficares futuras sperabamus.

Iam pridem intellexit Reverenda Vestra Paternitas Ducis Mazoviae
deflendum obitum. Cuius sororem et Ducatum a Regia Maiestate Illustris-
simi Principi, fratri nostro charissimo, Domino Wilhelmo Marchioni Bran-
denburgensi, collocari petivimus quam vehementissime. In qua re equi-
dem non ambigimus Maiestatem Regiam et aliorum et Vestrae Paterni-
tatis consilio usuram. Rogamus itaque spe firma, Reverenda Vestra Pa-
ternitas hac in re amicum verum, benevolum et syncerum agat totius
Domus Brandenburgensis (nam et de illius ornamenti agitur). Et nos
rursum fide integra promittimus, si vestro aliorumque consilio, opera et
diligentia id, quod petivimus a Rege, impetratum fuerit, eius fidei, be-
nevolentiae atque meriti haud quamquam obliviscituros^{c)}, memorem etiam
benefitorum animum testabimur alia re quam literis. Rogamus etiam
plurimum, Reverenda Paternitas Vestra significet nobis, quo tempore
et quo locorum Regia Maiestas nos vocatura sit. Reverendam Vestram
Paternitatem in Domino valere exoptamus. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Eodem tempore ad Episcopum Cracoviensem.

a) in ms. accusationes

b) sequitur littera 1 expuncta.

c) sic in ms.

N. 46.

E Regio Monte, 12.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de responso regio episcopo Pomesaniensi [Erhardo Queis] dato, quo is
iurisdictione episcopali privatur, valde miratur et dolet ac se ipsum
eo laesum esse dicit.*

(Latine)

Iam ed. A. T. VIII, XXI.

Cfr. El. XXXIV, N. 35.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 97-100.

N. 47.

E Regio Monte, 13.IV.1526.

Albertus dux in Prussia

Georgio Targewitz

*pro litteris gratias agit; regem in Masoviam iter facientem per oppida
Löbau et Neumark (Löbe und Neuenmarckt) transiturum esse nun-
tiat; de aliis coram et ore tenus.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 6-6v.

N. 48.

E Regio Monte, [15].IV.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de negotio canonicorum Pomesaniensium.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 86-87.

De Canonicis Pomezaniensibus.

Literas, Regiae Vestrae Maiestati pro Canonicis ecclesiae Pomeza-
niensis (ita enim hoc coniecturis assequor) scriptas, legi. Libenter etiam
illos in ritu veteri Christo Apostolisque eius cognito conservarem, ni
malent illi novam et ab hominibus inventam sectam custodire. Neque
nos scripturis credimus peditum sacris, ut sorte electis oppida castra-
que committi debeant (quemadmodum illorum literae ad me volunt
conscriptae), quorum curam et gubernationem vel illorum humanae scrip-
turae eis adimunt. Verum iam pridem cogitavi, commisi quoque Episcopo
Pomezaniensi^{t)}, ut cogitaret de illorum Canonicorum iustis, congruis, suf-
ficientibus proventibus. Quod nunc quoque, intellecta Regiae Vestrae
Maiestatis intercessione, cuius preces pietate quadam veneror, maturari
curabo, ne qua de re decenti necessaria ipsi careant, et ego vicissim oppi-
dis castrisque non priver. Hiis me Regiae Vestrae Maiestati, ut Domino
et patri dulcissimo, me^{z)} commendando. Quam in Domino salvere atque va-
lere exopto. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, Aprilis, 1526.

^{t)} sic in ms.

^{z)} Erhardus Queis.

E Regio Monte, 26.IV.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de suo ante vocationem cum rege congressu.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 100-101.

Indicat se ante vocationem multas ob causas venturum.
Serenissime Rex et Domine Clementissime.

Tametsi, antequam a Regia Vestra Maiestate vocarer, ad eandem Regiam Maiestatem me non velle venire proposuerim, cogunt tamen et impellunt me iam ardua et maximi ponderis negotia mutare hac in re sententiam. Iam pridem enim significavi pleraque esse, quae^{a)} mutuam consultationem quam maxime desyderant, quaeque quodammodo magis Regiae Vestrae Maiestatis (quemadmodum et superioribus diebus scripsi) ac Regni Poloniae quam mea referre videantur.

Preterea hiis diebus redierunt Oratores mei, qui eiusmodi mihi responsum a Reverendo Magistro Livoniensi¹⁾ et suis attulerunt, ut fere caeterorum negotiorum multitudinem magnitudinemque supereret. Ex quibus causis non modo publicam Regni Maiestatis Vestrae ac terrarum Pruthenicarum utilitatem, sed et necessitatem consyderans, consultissimum duxi Regiam Vestram Maiestatem quam celerrime accedere. Quare rogo, Regia Vestra Maiestas causarum negotiorumque gravitati ascribat, quod ego, antequam vocatus sum, accelero. Regiam Vestram Maiestatem in Domino valere exopto.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, vicesima sexta Aprilis.

a) sequitur expunctum: ad
1) Valterus a Plettenberg.

Marienburgi, 2.V.1526.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de longiore in scribendis litteris silentio se excusat et ait initam cum eo
amicitiam se nullatenus labefactari passurum; de «negotio evangelico» coram.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 101-102.

N. 51.

S.L., 5.V.1526.

Albertus dux in Prussia

ignoto

de capitaneatu Glogoviensi Friderico duci Legnicensi committendo et tradendo, « eo quod dux Carolus dicto duci Fredericho debitum solarium ex eodem capitaneatu... non solvit ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 102.

N. 52.

Gedani, 7.V.1526.

Albertus dux in Prussia

universis

testimonium contra quendam Paulum Lusznya (Łužnia?), oppidi Neumark incolam, cui, cum « proximo bello Pruthenico » derelictis omnibus rebus suis ex eodem oppido aufugerit, bona omnia iussu ducis adempta et militibus in praedam data erant, ita ut incolae etusdem oppidi in ea re plane innocentes sint.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 103.

N. 53.

E Regio Monte, 14.V.1526.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario, pro concionatoribus captivis intercedit.

Cfr. El. XXXIV, N. 48.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 114-115.

De Contionatoribus captivis.

S[alutatio]. Intelleximus Contionatores istos captivos, Iacobum scilicet molitorem, Martinum et Lutig Westphalum^a), a Gdano iam alio abductos ac in curia officialis in custodia detineri. Quod si ex Regiae Maiestatis consensu et voluntate factum est, non improbamus, imo probe actum esse arbitramur nihilque contra aequitatem, sed quicquid iustitia suae debet, illis eventurum speramus. Sin vero iam dicti Concionatores clanulum, ex decreto dumtaxat Episcoporum, inscia Regia Maiestate abducti et carceribus mancipati sunt, quemadmodum nos coniicimus, timendum tum, ne Reverendis Patribus factum illud grave odium apud alios ac intollerabilem invidiam generare posset.

Rogamus magnopere Magnificam Vestram Dominationem, Iucundissime Frater^b), nostro nomine apud Regiam Maiestatem pro calamito-

sis istis supranominatis Concionatoribus pio affectu intercedere dignetur, ut Regia Maiestas eosdem in suam potestatem recipiat, et si quipiam christianis indignum commiserint, illos animadversione iusta pro delicti magnitudine et gravitate plecti demandet. Id, quod longe laudabilius, quam tam misere in carcere et vinculis perire, aut clanculum poena ac supliciis eos affici. Non enim ita affecti sumus, ut cuperemus delicta, praesertim autem seditiosos quosque non puniri, sed, quod iam pridem admonebamus, suspicamur causam seditiosorum et declamantium pie christianeque confundi et miseri. Alioqui ut bonorum ac insontium salutem querimus, ita quoque meritam sceleratorum poenam non deprecamur. Caeterum si innocentes (ut speramus) reperiuntur, omni gratia et favore Regiam Maiestatem eos ipsos prosequuturam esse certo scimus. Petimus igitur denuo iterum atque iterum, Magnificentia Vestra ea in re nostri honoris causa omnem diligentiam apud Regiam Maiestatem adhibere velit et benignum agere patronum. Nos vero vicissim pari referre quam diligentissime studebimus. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum a Schildlowy whole
XIIII Maii.

- a) *in ms.* Unestphalum
b) *sequitur expunctum:* eadem

N. 54.

Dirsoviae, 26.V.1526.

Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydlowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de futura regis in Hungariam profectione et de se ipso illuc vocato; de
nave sibi a rege donanda; de oratore in negotio Livonico nominato;
de Benedicto, praedicatore verbi, a ministris episcopi Cuvaviensis
spoliato; de binis litteris, privilegia sua renovantibus et possessio-
nem confirmantibus, a rege acceptis.

Cfr. El. XXXIV, N. 42.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 104-106.

Magnifice Domine, Amate Frater.

Quod literas necessitudinis nostrae testes ante non^{a)} fecimus, quam a Dantisco proficisci remur, temporis angustia, non negligentia nostra, effectum est. Boni itaque consulet Magnificentia Vestra, nam nihil putamus hac in re neglectum. Regiam Maiestatem in Hungariam profecturam satis quidem intelleximus. Nos item ad hanc profectionem vocatos. Verum percupimus nobis significari a Magnificentia Vestra, quo tempore, quo apparatu, quibus armis id fieri debeat, ne honori nostro, imprimis autem Regiae Maiestati minus satisfaciamus.

Dominum Terly¹⁾ nostro nomine commendet Magnificentia Vestra Regiae Maiestati diligenter, eumque nostris verbis salute plurima impetrat. De equis dono datis quoque gratias agimus. Adeo hii placent et ob donantis animum et ob illorum bonitatem. Gradatoria nos utemur

ipsi, utpote egregio animali, cuius prestantiam iter hoc prodidit. Navem cum tormentis, a Gedanensibus nobis oblatam et a Regia Maiestate promissam, percupimus nobis a Regia Maiestate vel manubiarum nomine designari donarique.

Dominum a Strassburg, negotio Livoniensi Oratorem nominatum, libenter audivimus. Rogamus autem, cum futura sint isthic (quemadmodum accepimus) Comitia circa festum Divi Ioannis Baptistae, ut maturius eam legationem obeat. Konigsbergae experiemur, quo tempore certo futura sint Comitia, idque significabimus Magnificentiae Vestrae festinantissem.

Ministri Episcopi Cuiaviensis²⁾ spoliarunt vinctum, nunc autem dismissum Benedictum, praedicatorem verbi, quibusdam rebus suis, quas apud se habent, presertim sigillo suo. Plurimum rogamus, Magnificentia Vestra curet, ut saltem sigillum reddatur nobis, ne hinc Domino de Haydeck, nobis dilecto, aliqua fraus vel damnum strui possit.

Postremo accepimus hac hora binas literas Regiae Maiestatis: unas privilegia nostra renovata, alteras autem confirmationem traditae nobis possessionis continent. Illae quidem admodum placuerunt, sunt enim ad contractus normam confectae. Hae autem an nobis placere possint, statuimus Magnificentiam Vestram, Venerabilis et Amate Frater, iudicem potissimum ob id, quod Ducatus nostri traditae possessionis ne mentio quidem facta est. Remittimus igitur cum hoc dilecto nobili^{b)} eas ipsas literas emendatas atque omnino ea forma, qua nobis literas dari a Regia Maiestate petimus et oramus. Neque incongruum nobis videatur easdem sigillo Regiae Maiestatis muniri, quando etiam contractum ipsum oportuno tempore rogabimus a Maiestate Regia sigillo magno muniri et roborari. Curam itaque hac in re Magnificentiae Vestrae, amantissimi fratris, rogamus, quo nobis literae confirmatoriae traditae possessionis quam primum et per hunc nobilem nostrum, supradicto modo confectae, reddantur. Iubemus Magnificentiam Vestram his celeriter scriptis in Domino valere. Quae nos commendatos habeat. Datum ex Tyrsaw ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum de Schydlowyetz etc., 26 Maii.

a) sequitur non expunctum: confeci
b) repetitur: Nobili

1) Gabriel Tarlo.
2) Matthias Drzewicki.

N. 55

Gedani, 26.V.1526.

*Albertus dux in Prussia
universis
litterae patentes passus pro Petro Zinck (in ms. Czinck), in Podoliam
ad emendos 60 boves et 200 vaccas ad usum curiae ducalis se con-
ferente.*

(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, f. 109.

N. 56

[*Gedani, 26.V.1526.*]

*Albertus dux in Prussia
universis*

*litterae patentes passus pro famulis suis, ad adducendos ad usum
curiae ducalis boves destinatis, ut eosdem boves libere, sine ulla
teloneorum solutione, per ditiones Regni Poloniae pellere possint.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 110.

N. 57

E Regio Monte, 27.V.1526.

Albertus dux in Prussia

*Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,
de litteris confirmatoriis possessionis Ducatus Prussiae non rite con-
scriptis et a se non acceptis.*

Cfr. El. XXXIV, N. 41.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 106.

De literis confirmatoriis.

Missae nobis literae sunt binae. Harum alterae, confirmatoriae sci-
licet traditae nobis possessionis, ut scriptae erant, omnino non debebunt
a nobis accipi. Nam et id festinatione commissum arbitramur, ut non
mentio quidem facta sit Ducatus nostri, de quo cum suis terris investiti
sumus. Rogamus itaque plurimum, Reverenda Dominatio Vestra opera et
cura impetrat nostro nomine, unacum Magnifico Domino fratre nostro,
Domino Christofero de Schydlowitz, Capitaneo Cracoviensi etc., ut a Regia
Maiestate habeamus literas ad exemplum missum Domino Christofero.
Quod nos rursum erga Reverendam Dominationem Vestram promere-
bimur. Hiis celeriter. Valeat Reverenda Dominatio Vestra. Cui nos sin-
gulariter commendamus.

In margine in initio scripti: Ad Episcopum Cracoviensem, XXVII Maii.

N. 58.

E Regio Monte, 27.V.1526.

Albertus dux in Prussia

«ad episcopum in Barithow»

*pro subditis Wolfgangi de Heydeck (Haydeck), capitanei Cleipodiensis,
quibus 4 equi furto ablati erant et nunc in iurisdictionem cuiusdam
praefecti, Ambrosii de Alste nomine, in ditione episcopi, pervene-
runt, intercedit, ut eis iustitia administretur et eiusmodi equi sine
mora reddantur.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 107-108.

N. 59.

E Regio Monte, 28.V.1526.

Albertus dux in Prussia

Georgio Bażyński et Achatio Czema

pro Stanislao Kruger (Stenczel Cruger) zu Demnaw, consiliarii sui Melchioris Kreutz (Creucz) servitore, intercedit, ut ei residuum hereditatis suae Toruniae persolvatur, ne se ad regem convertere debeat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 9-9v.

N. 60.

s.l. 1.VI.1526.

Albertus dux in Prussia

Georgio Bażyński, palatino Marienburgensi,

*pro subdito suo, cive Regiomontano Andrea Mas, cuius naves et merces
praeter omne ius a Gedanensibus detentae sunt, intercedit.*

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 7.

An Georg von Baysen 1 tag Juny.

Es hat uns unser underthan und liber getreuer Andres Mas, burger unser stat Konisperc Altenstat, iczt in unserem ankommen zum dickern mahel seiner sachen halben, belangende die schiff und guter, so ime von denen von Danczke wider billigkeit und ane ursachen angehalten, ersuchen und anlagen lasen. Dieweil wir euch dann mehremals zu Danczke durch unsren canczler, den achtbarn und hochgelerten doctor Visscher,¹⁾, derwegen bericht gethan, dorauf ir auch von den erwirdigsten in Got unserm liben freunde, dem bischoff von Crocaw,²⁾ aus geheys ko.mt., unsers gnedigen hern, mit denen von Danczke zu handeln^{a)} bevehel erlangt, ist nochmals hirmit an euch unser gnedigs sinnen und gutlichs begern, ir wollet noch mit denen von Dannczig handelung haben und dermassen furnamen, damit sie unsren underthan zu dem ihenigen, wozu er fug und recht hat, ane lengere vorzuge helfen und kommen wolten lassen. Doneben hat unser canczler dem hern bischoff von Crocaw eyn verschlossen supplicacion mit unser latinischen furschrift von unsers unterthans wegen Georg Wolffkringer zum Eynsidel uberantwort, betreffendt etlich erbzins^{b)}, so ime die von Elbingen nit volgen lassen wollen. Ist unser beger, wollt bey ko.mt. sollicitirn, domit der arm seyn gelt unverhindert einmanen und entpfangen mocht. Das seint wir umb euch gnediglichen und gunstlichen zu beschulden gneigt. Datum.

In initio epistolae in margine: An Georg von Baysen.

a) sequitur expunctum: bevelh

b) in ms. erbzims

1) Fridericus Fischer.

2) Petrus Tomicki.

Albertus dux in Prussia

Achatio Czema, capitaneo Sluchoviensi,

de auxilio militari sibi a rege, rebus ita postulantibus, ex terris Prussiae

Regalis ferendo, ad quod negotium tractandum Georgium Klingenbeck ad regem mittit eumque commendat.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 8-9.

An Achacien Zemen 12 Junii.

Unsern gunstigen grus zuvor.

Erbar und ernvester, lieber besonder.

Wir seczen in kainen zweyfel, ir habt in frischen gedechtnus, das wir nhest zu Dannczig den grosmechtigen und durchlauchtigen fursten, hern Sigmunden konigen zu Polen etc., unsren freuntlichen, liben hern und oheim, undter andern mit dienstlichen vleys ersucht und gebeten haben, diweyl an etlichen orten kriegsvolk gesamelt und die rede manigerlei, also das wir uns befaren mussen, ob solichs wider uns gebraucht werden mocht, das uns alsdann ko.mt. mit hulf und beistant nit verlassen, sonder als der genedig konig und oheim ein statlichen beistant zu ordnen. Hierauf sich dann sein ko.mt. mit trostlichen und wilfariger antwurt, wie ir auch selbs personlich angehört, gegen uns haben vernemen lassen. Des wir uns dann gegen seyner ko.mt. gancz uteindeniglichen thun bedancken. Derwegen haben wir den erbaren^{a)} unsren rat und liben, getreuen Jorgen Clingbecken verner zu ko.mt. hochgenant abgefertiget, dieselb von unsertwegen mit allem vleys zu bitten, das uns sein ko.mt. so gnedig erscheinen und die heuptleut, so aus derselben preussischen landen uns neben zugesagter hulfzusage, er den^{b)} denselben werden namkundig machen wolt, domit, so wir mit irkeynen gewalt überfallen, denselbigen geordtenten heuptleuten hetten zu schreiben und sie anzuhalten, uns uffs eilenst mit irei zugethanner hulf zuzuziehen, dardurch wir alsdann destalicher solcher gewalt widerstandt thun mochten, welchs sein ko. mt. obgemelten unsren diner dem Klingennbecken zu thun gnedlichen zugesagt. Derhalben ist an euch^{c)} unser ganz gnedigs synnen und begern, ir wollet mit allen vleys neben unsrem freuntlichen lieben bruder, hern Cristoffen Schydlewiczn, dem wir derhalben auch geschriben, bei ko. mt. sollicitiren und anregen, domit dieselbige heuptleut ins furderlichst, ehe dann sein ko.mt. iren abzug aus diesen landen nemen, namhaft gemacht und uns anzeigen^{d)} werden und nochdem uns dann ko.mt. aus eygener gnediger bewegung zugesagt, aus den andern anstossende landen ein grossere und mehrere hulf zu verorden, auch gleychermas heuptleut zu ernennen und bevelh aufzulegen, das sich dieselben mit irei krigsrustung und volck zu uns thetten begeben, domit wir uns zu entseczen hetten, wo ein gewaltiger hauff in diese land Prewssenn kommen solt. An das wurd die hulf, so uns aus den koniglichen prewssischen landen zu geordent, solichem gewalt widerzustehen, villeicht zu schwach, auch den ganczen landen Prewssen verterblichen schaden zu warten seyn mussen. So nu, wo sich der unfall, des wir uns doch ie noch nit zu Gott verhoffen, zutragen wurde, solichs euch als ein Prewssen, der in den konign preussischn landen gesessen, mit anlangende ist, wollen wir abermals an euch gnediglichen gesonnen und begert haben, ir als derihenig, zu dem

wir on das ein sonderen gnedigen willen tragen, wollet dis thun, auch neben hern Cristoffen bey ko.mt. helfen, sollicitiren und furdern und in alweg daran sein, domit wir vor seiner ko.mt. abzug hierin der notdurft noch versehen und wilfarig beantwort werden, euch auch diser muhe und arbeit nit bevilen und thauren lassen. Das wollen wir umb euch widerumb in sonderen gnaden zu erkennen in kein vergessen stelen. Datum.

In initio epistolae in margine: An Achacien Zemen.

a) sequitur expunctum: unsren
b) supra lineam.

c) pro expuncto: dich *suprascriptum*.
d) correctum ex: enzeigen

N. 62.

E Regio Monte, 13.VI.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de praesidiis ad defendendos fines Prussiae a rege instituendis; pro equis
gratias agit; scribit aliqua nova de rege Galliae, imperatore etc.*

Cfr. El. XXXIV, NN. 43, 48.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 111-113.

Petit primores praesidiorum futuris casibus a Regia Maiestate designari. Agit gratias de equis dono datis, deinde nonnulla de negotiis Gallicis et caesareis commemorat.

S[alutatio]. Georgium Clingenbeck a Magnificentia Vestra, Observande Frater, Domine Magnifice, benigne tractatum libenter audivimus. Proinde gratias etiam agimus, quod eidem usui auxilioque fuit. Caeterum decreta nobis praesidia sunt, futuris casibus constituta. Magnopere petimus, ut primores praesidiorum nobis designentur, quos tunc appellare, vocare ciereque in arma possemus. Rogamus igitur plurimum, Iucunde Frater, vestra opera id a Regia Maiestate impetretur, ut antequam ex terris Pruthenicis discedat Regia Maiestas, eos nominet nobis primores, rei bellicae duces, designetque. Et quoniam si (quod in Dei Omnipotentis manu est) ea manus hostium terras nostras invasura esset, cui nec totius Prussiae vires resistere possent, nos iacturam pateremur^{a)} immodicam, si non exitium etiam, rogamus et obsecramus, Vestra Magnificentia instet apud Regiam Maiestatem, ut modo quoque proximis vicinisque populis terrarum Prussiae demandet iussui nostro parere, quemadmodum hoc Regia Maiestas Georgio Clingenbeck, Oratori nostro, suapte sponte polliceri dignata est.

Certe id minime petituri a Regia Maiestate eramus, nisi coelum etiam nobis ardere malis hiis temporibus visum esset atque rerum indubius eventus exitusque metuere cavereque iuberet. Similiter etiam nos neque nostros, neque Regiae Maiestatis populos ad arma utcunque paratos vocaturi sumus, nisi instans necessitas iubeat cogatque. Haec a Regia Maiestate fieri fidei vestrae relinquimus, certi de Magnificentiae Vestrae in nos studio, amore et necessitudine immortali.

Caeterum, etsi prohibiti, rursum agimus gratias de equis dono datis, adeo illi quotidianis virtutibus magis atque magis placent. Vicit enim cursu nigellus ille atque bovem, ut impensas avenae nobis minueret, lucratus

est victor. Hunc bovem, virtutis suae testem, curavimus ad Magnificentiam Vestram perferri, quo non solum apud Dominum suum priorem, sed et apud amicos communes nostros debita sua laude non privaretur egregius equulus.

Insuper accepimus hodie a quodam mercatore, ut est id genus hominum pre caeteris rerum novarum percupidissimum, atque proinde minus cautum falsa pro veris vel accipere vel referre, Regem Gallorum¹⁾ Galliam redisse, eumque a Caesarea Maiestate²⁾ promissorum, item conventionis commonefactum. Verum respondisse se novum hunc morem a Caesarea Curia institutum, ut quoties de aliqua re vel interrogatur vel etiam promissorum commoneatur,²⁾ rem ad Senatum suum referendum respondeat. Id, quod et hac in re facturus sit, deliberaturumque se cum Senatu suo (quem perlamentum vocant lingua Gallica), quid sibi faciendum sit.

Preterea foederi esse sociatos novo Papam,³⁾ Venetos, Mediolanenses, Helvetios etiam et solutos et iuratos Gallo. Comitia item Germaniae irrita facta et Caesarem animum mutasse de profectione Romana. Sed ita perhibent, qui de magnis maiora loquuntur. Nos Gallorum fidem tam levem non suspicamur, tametsi persuadere nobis voluerit hoc qui nobis narravit. Convenient modo in nuptiis nostris, quod speramus, Poloniae, Hungariae Danorumque Regum Legati. Nos, qui Regiam Maiestatem Poloniae, utpote Dominum, avunculum, parentem nostrum charissimum, feudi item nostri Dominum observandissimum, et preferimus aliis et preferendum scimus vel omnibus modis prestantiorem Regem aliis, utcunque etiam aetatis regiaeque virtutis rationem non haberemus, tamen cum pro amore nostro in re leviori etiam Magnificentiam Vestram consulere non vereremur, petimus valde, ordinem detegat, qui inter tres eiusmodi legationes nobis servandus sit. Quae omnia a Magnificentia Vestra quam diligentissime fieri nequaquam dubitamus... Datum Konigsbergii ut supra, 1526.

Cedula.

Filum orationis nostrae perplacuit Magnificentiae Vestrae, Suspiciende Frater, sed non ita nobis. Custodimus enim amictum, quem mater dedit infanti. Hoc tamen ipso magis nobis placet inulta nostra et agrestis oratio, quia fratri non displicet.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum de Schidlowitz, 13, Iunii.

a) *in ms. patereremur*

1) *Franciscus I.*

z) *sic in ms.*

2) *Carolus V.*

3) *Clemens VII.*

N. 63.

E Regio Monte, 13.VI.1526.

Albertus dux in Prussia

Achatio Czema, capitaneo Sluchoviensi,
de argento sibi procurando; de novis ex Austria sibi mittendis; de 16
equis Gedano sibi remittendis.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 7-7v.

Unsren grus zuvor.

Erbar und ernvester, liber besonder.

Nachdem wir nehrmals des sylbers halben mit euch geredt haben,

ist noch unser gnedigs synnen und begern, ir wollet euch in dem unserer abrede noch gutwillich beweissen und finden lassen.

Der newen zeytung halben, so sich in Ostereich begeben, horen wir nit gern, bitten aber, ir wollet, wo ir derhalben gruntlich bericht entpfangen, uns, wie sich dieselben zutragen und in weiterunge begeben, zu verstehen geben.

Wir haben auch nechstmals mit euch verlasen, das ir uns der gefangen zu Tannczick urgicht zuschicken wolt. Ist noch unser beger, wollet dasselbig nit in vergessen stellen. Desgleichen, wie ko.mt. iren abschid zu Tannczick genommen und wie allenthalben die sachen endtricht, vertragen und verpliben.

Est ist auch eyn schiff alhie mit dennemargkischen renzeugk und anderen ankommen. Doneben sein bei XVI pferden zu obgemelt zeugen gehorns in einem anderen schiff aussen bliben und unsers achtens noch Tannczick im wind verschlagen. Ist derhalben auch unsers gutlich bit, wo ir solche pferde erfragt, wollet inen ein knecht zugeben und ein uffsehen mithaben, domit sie alhir bracht werden mochten. In dem allen thut ir uns dangbrennen gefallen. Wollens auch widerumb gegen eur person in allen gnaden erkennen und in kein vergessen gestelt haben. Datum Konisperg.

In initio epistolae in margine: An Achacien Zemen.

N. 64.

E Regio Monte, 14.VI.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de litteris credentialibus pro oratoribus regiis et suo non omnibus Livo-niae ordinibus, sed soli magistro et commendatoribus inscribendis.

Cfr. El. XXX, N. 17.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 116.

Literas credentiales, ut vocant, omnibus Ordinibus in Livonia inscriptas a Regia Vestra Maiestate, audivi et vidi. Sed cum huic ego causae prolongationem suspicer, aut etiam responsi suspensionem, quod facile omnes Ordines in Livonia convocari non possunt, ideo rogo Maiestatem Vestram magnopere, dignetur eadem demandare, quo quam celerrime literas credentiales Oratoribus Regiae Vestrae Maiestatis et meo mittendas accipiam, Magistro Livoniae et Commendatoribus Livoniae inscriptas solis. Nam et de hiis rem pendere non ignoramus. Quod si omnes Ordines Oratoribus nostris advenientibus simul essent, non inutiles forent priores literae credentiales. Immo tunc ad omnes referenda esset et Regiae Vestrae Maiestatis et mea communis oratio. Consultius tamen videbatur in utrumvis casum legationem nostram... Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, XIIII Iunii.

N. 65.

E Regio Monte, 14.VI.1526.

Albertus dux in Prussia

Andreeae a Górkae

excusationem eius, quod nuptiis ducis interesse non poterit, acceptat;
pro animo in se amico gratias agit et operam suam vicissim pollicetur.

(*Latine*)

Cfr. El. XXXIV, N. 46.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 115.

N. 66.

s.l. 24.VI.1526.

Albertus dux in Prussia

capitaneo in Krože (in ms. An woywodt zu Craischen)

expetit intercessionem apud capitaneum Samogitiae generalem (Stanislaus Janowicz Kiežgajło), ut Ioannes Buchner, scriba suus, qui capitanei Samogitiae subdito, Manigkus nomine, salem pro 24 bobus vendidit, eosdem boves tandem ab eo obtineat.

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 7v-8.

N. 67.

E Regio Monte, 2.VII.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro consiliariis et legatis regis Daniae Friderici I: Andrea Byll, Alberto Ipsen, Knudt vom Stern, Ioanne Rantzaw, Wolfgango Pobisch et Henrico Seste, qui principem Dorotheam in Regium Montem adduxerunt, intercedit, ut tuto et secure per ditiones regias Gedanum usque transire et inde per mare in Daniam reverti possint.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 118-119.

N. 68.

E Regio Monte, 6.VII.1526.

Albertus dux in Prussia

thesaurario Marienburgensi [Ioanni Baliński]

pro consiliariis et legatis regis Daniae, ut eis arcem Marienburgensem videndi facultatem concedat.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 119-120.

N. 69.

E Regio Monte, 7.VII.1526.

*Albertus dux in Prussia
universis*

litterae patentes pro negotiatoribus (mercatoribus) Scotis, liberam facultatem eis concedentes, terras Prussiae Ducalis libere frequentandi et negotiationes eorum sine ullo impedimento exercendi.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 120-121.

N. 70.

E Regio Monte, 7.VII.1526.

*Albertus dux in Prussia
Annae duci Masoviae*

*pro quodam Petro Dalonofsky (sic in ms.) intercedit, ut ab arrestatione,
qua ab iudicibus iudicii terrestris Wyszogrodiensis (in ms. Fischgradiensis)
detinetur, liberetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 121-122.

N. 71.

E Regio Monte, 9.VII.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

*pro nobili Ioanne de Dammeraw, ut debitam sibi partem paternorum bonorum post patris sui obitum, quam ei vitricus suus dare non vult,
iure hereditario possidere possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 123.

N. 72.

E Regio Monte, 9.VII.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

pro Elisabeth Bruckemann, relicta vidua Valentini Bruckemann, sui olim bombardarum magistri, civis Elbingensis anno 1523 demortui, intercedit, cui Elbingenses relicta a marito suo bona restituere nolunt, ut eadem bona recuperare possit.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 26.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 123-124.

E Regio Monte, 9.VII.1526.

*Dorothea dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro donis sibi missis gratias agit et pro sacerdotibus captivis intercedit.
Ostpr. Fol. vol. 48, ff. 126-129.*

Scribit Illustris Domina Dorothea etc. ad Regem Poloniae agitque primo gratias de donis dono datis et missis, deinde rogat pro sacerdotibus captivis.

Quanquam ponitur merito in reprehensione ausus ad Reges accedendi, quantumlibet magna sit causa accessus, absque reverenter impetrata venia, in eam tamen culpam sciens incurro, quod estate puella, rerum imperita, inbecillis sexu, quam decet imprimis pudor et silentium, ignota ferme, non verear colloqui cum Rege tot modis venerando, quem aetas longa exercuit, gravitas celebrat, ipsa commendat pietas. Verum cum venientem me in hanc terram Vestrae Maiestatis Legatus Jarislaus²⁾ Lasko, Palatinus Syradiensis, vir nobilitate humanitateque aequo prestans, oratione amicissima exceperit, exceptamque muneribus longe pulcherrimis donaverit, nata mihi mens est parumper animosior, ut malim hac in parte nonnihil culpabilius esse loquendo, quam verecundior silendo. Nec moveor hoc loco communi verbo, quod dici solet: mulierem silentium exornat. Ago igitur Regiae Vestrae Maiestati quam maximas possum gratias pro huiusmodi donis, quibus adventus meus tam splendide honoratus est. Sunt etenim multis modis magni facienda, tum quod missa sunt ab eo Rege, cuius dignitate quae parva donantur, magna fiunt, tum quod pretio valde excellunt regiumque splendorem plane testantur. Addo, quod quae per se pulchra existunt, oratione Magnifici Legati facta sunt pulchriora. Spero igitur veniam mihi dari a Regia Vesta Maiestate, si nunc potius ostendam me gratam loquendo, quam verecundam silendo. Nam puto in agnitione benefitii multum inesse verecundiae, in silendo plerunque ingratitudinis periculum suspectum haberi.

Preterea, Rex Serenissime, postquam, paterno obsequuta consilio, christiano more collocata sim in thorum honorabile Illustris Principis Alberti Marchionis Brandenburgensis, Ducis Borussiae, mariti mihi charissimi, statui omnes sincera amicitia colere, quos ab illo charos haberent. Intelligo, ut sit inter nos nedium coniugale foedus, verum etiam erga amicos ac benefactores par observantia. Verum cum videam Regiam Vestram Maiestatem ab eo patris loco amari colique, nec quenquam in terris pluris fieri, precor ex animo, idem ius mihi concedatur, quo sicut illi parens est Serenissimus Rex Sigismundus, ita mihi eundem amare salutareque liceat ut patrem. Si unum sunt, quos christianum coniugium copulat, certe iidem sunt eorum parentes. Vita mihi iucundior erit, ubi id a me impetratum esse accepero. At impetratum nunc arbitror. Equidem id ipsum preseferebat regii Legati oratio. Ergo filia ante patrem inclinor rogoque, pater exaudire dignetur, quod filia supplex petit.

Quam primum applicui in hanc terram, accesserunt magna caterva proceres nobilitatis, feminae ingenuae, virgines admixtae, nonnullae etiam tristes mulieres in habitu lugubri, omnes uno ore petentes, dignarer intercessionem meam interponere apud Regiam Vestram Maiestatem pro quibusdam miseris viris, iam diu carceri mancipatis. Fore enim non du-

bitabant, quin Rex pientissimus non sineret repulsam pati primam precationem supplicis filiae, etiam si ter meruerint mortem captivi. Quid facerem? Negare haud licuit absque suspitione fastidiosi animi et contemptu christianaे charitatis, presertim quando heae primae extiterint illorum preces, promittere vero non procul abesse videbatur a verecundia, et temerarium erat orare Regem pro hiis, quorum vita erat incognita. Vicit tamen pars melior. Ergo, Rex Serenissime, Pater charissime, absolutav propicio animo Regia Vesta Maiestas, quod illi suppliciter rogarunt, ad quod filia suam^{a)} promptitudinem promisit. Habeant pondus primae hae preces apud patrem. Magna esse harum solet apud omnes prerogativa. Absit repulsa, nec occasio detur populo suspicandi vilem haberi filiam a patre. Si apud ethnicos plurimum valuere in crimeni capitali virgines deprecatrices, non sinat pater filiae precationem posteriorem esse apud christianos. Liberentur meis precibus e squalore carceris miseri sacerdotes, ubi ubi in tenebris occluduntur. Nam sacerdotes sunt castitati^{b)} olim adstricti, nunc mutatis^{c)} consilii addicti coniugio, quorum haec mihi referentur nomina: Iacobus Muller, plebanus Gdanensis apud Sanctam Barbaram, Martinus Mysner, antea plebanus apud Sanctum Barphtholomeum^{d)}, tertio nomen est Ludigke, cognomento Stam, vicarius capellae Sanctae Mariae ecclesiae parrochialis Gdanensis etc.

Pro horum salute interpollo, hos liberari per meam interpellationem enixe flagito et suis restitui. Scio, quid hic mihi possit obici, referre Reipublicae sontes puniri. Sententiam approbo, tamen non raro clemencia prestat severitati et misericordia iuditio. Quod ni esset, non habemus propitium Deum. Sit sane, perturbarunt illi publicum statum, violarunt votum continentiae, meruerunt multas mortes. Magna tamen pietas est patris ad intercessionem filiae damnatos servare inter vivos, de quibus non parva spes sit vitae melioris. Si post liberationem mansio in Regno Polonico non dabitur, relegendut alio, nil repugno. Pro sola eorum salute ac reditu ad uxores interpollo. Quod ubi impetravero, satis foelicem^{d)} putabo primam meam precationem. De qua re certo gloriarior honorifice apud sanguine coniunctos: charissimum parentem, Serenissimum Regem Danorum,¹⁾ fratres caeterosque agnatos. In reliquis tardior ero minusque importuna. Quid autem consequatur haec mea intercessio, dignetur per praesentem nuncium mihi significare Regia Vesta Maiestas, Illustrissime Charissimeque Pater. Datum.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 9 mensis Iulii.

a) in ms. suum

d) correctum ex: foelices

b) correctum ex: castiti

z) sic in ms.

c) in ms. mutacis

1) Fridericus I.

N. 74.

E Regio Monte, 9.VII.1526.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydlowiecki, Regni Poloniae cancellario,
scire desiderat, ubinam locorum fratres sui marchiones regem Poloniae
brevi adire possint.

Ostpr. Fol. 48, f. 122.

Iucundissime Frater.

Sunt Illustrissimis Principibus, fratribus nostris charissimis, Casimiro et Georgio Marchionibus, una cum nobis quedam negotia apud Re-

giam Maiestatem Poloniae, Dominum, avunculum et patrem nostrum charissimum, agenda exequendaque. Rogo igitur plurimum, Magnificentia Vestra nobis significet certo, modo id fieri possit, quam diu Regia Maiestas Gdani moratura sit aut etiam, si brevi discessura sit forte, ubinam locorum, Elbingi an Marienburgii, eandem convenire Oratores praefatorum Illustrissimorum Principum, fratrum nostrorum, simul et nos una cum ipsis possumus. Nam ita res fratum, utpote Principum in Germania simul regentium, expostulant quam primum Regiam Maiestatem adire et in eius sacrum sinum quae necessaria nobis visa sunt, profundere. Hoc si impetraverimus a Magnificentia Vestra, fratre nostro charissimo, accedit a Magnificentia Vestra caeteris benefitiis. Valeat Magnificentia Vestra. Ex Konigsbergio.

Magnificentia Vestra tradat has iuxta positas literas in manus Regiae Maiestatis proprias. Scriptae enim sunt uxoris nostrae¹⁾ charissimae nomine. Vide infra fo. 126.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum de Schydlowytz, 9 mensis Iulii.

z) sic in ms.

1) Dorothea.

N. 75.

E Regio Monte, 10.VII.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Braunsbergensibus, a rege quarundam rerum accusatis, intercedit.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 125.

In causa Braunsbergensium.

Significaverunt mihi per literas Brunsbergenses²⁾ Magistri civium et Senatus, se a Regia Vestra Maiestate inculpari et accusari quarundam rerum, quarum authorem me nominasse audio, utpote belli iure tunc eorum Dominum et rectorem. Heae uti illis demandatae sint, et quatenus item, quo etiam modo nostro iussu factae, Regia Vestra [Maiestas] clementer audire dignetur. Imprimis iussimus, argentea quedam vasa ecclesiarum aliorum quoque locorum in usum civitatis accipere verterentque, ita poscente rei necessitate atque civitatis summa utilitate; secundo sibi eligerent aut accercent optimos quosque verbi Dei synceros predicatores, qui non ad humana quevis praescripta, sed ad puram et nudam evangelicam veritatem populum instituerent; tertio quod villam quandam, ita eis asserentibus, vetustissimo iure ad Brunsbergensem civitatem spectantem, vulgo Czager dictam, rursum in potestatem eorum reciperent ute- renturque ea tanquam sua. Id autem ad eorum narrationem iustum, ita enim videbatur mihi, commisi. Haec quidem sunt, Serenissime Rex, quae meo nomine et iussu facta a Brunsbergensibus memini, atque ita videbantur omnino mihi facienda ea omnia. Quae cum ita sint, rogo plurimum, Regia Vestra Maiestas liberet dictos cives Brunsbergenses eis periculosa indignitate vestra, simul et a me factum bono animo atque pro temporum malitia boni consulet. Quam eandem Dominus et Pater coelestis quam foelicissime imperare valereque faciat. Datum ex Konisbergio, 10 Iulii, anno etc. XXVI.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 10 Iulii.

N. 76.

E Regio Monte, 27.VII.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Barbara quadam vidua, ut proconsules et Senatus Gedanenses cum
ea benignius agant.*
(Latine)
Ostpr. Fol. vol. 48, f. 129.

N. 77.

S.l., s.d. VII.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro quodam nobili a Miltitz, agnato Henrici a Miltitz, curiae suaem ma-
gistri, qui domino suo, Paulo Havel, iniuriam intulit, interpellat, ut,
« condonet adolescenti huic, nondum affectuum suorum compoti, er-
rorem ».*

(Sub textu: Simili forma ad Dominum Christoferum Schidlowitz et
Dominum Palatinum et Capitaneum Posnaniensem mutatis mutandis).

(*Schedula ad Christophorum Szydłowiecki: de adventu principis Do-
rotheae*).

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 50.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 53-54.

N. 78.

E Regio Monte, 5.VIII.1526.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro presbyteris captivis rogat.*

Cfr. El. XXX, N. 23.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 132-133.

In eadem, ut supra, causa scribitur ad Regem Poloniae.

Duplici eaque maxima laetitia affecit me Regiae Vestrae Maiestatis
clementia, qua non solum liberavit mortis horrore presbyteros illos,
pro quibus intercessi, sed et omnibus fecit palam, quam me, Illustrissimam
quoque Principem, uxorem meam¹⁾, observaret pius Rex et pater,
subditum et filium filiamque. Pro qua gratia immortalem ego, quoad
vivam, habebo agamque gratiam. Nam et hanc significationem amoris

nostri, si quo modo potero, remunerando illustrabo. Verum, Serenissime Rex, mi Pater, multum me sollicitat Maiestatis Vestrae discessus, quem, nisi benignum et regium ad has nostras literas responsum antevertat, timeo presbyteris illum periculosum fore. Rogo igitur Maiestatem Vestram pro incredibili illa in me benevolentia vestra, clementer primum mihi significare velit, quibus in locis claudantur presbyteri, deinde Prefectis eorum locorum demandare (literis prefectorum ad me missis), ut eos ipsos presbyteros e vinculis dimittant, huic quoque nuntio nostro liberos ad me perducendo tradant, ea poena contenti, quam Regia Vestra Maiestas ad nostram intercessionem ipsis presbyteris iniunxit. Sunt autem haec presbyterorum nomina: Martinus Altehaus, Ludigke Stam, Iacobus Molitor etc., et duo captivi predicatorum Marienburgenses. Hanc nostram petitionem a Regia Vestra Maiestate exaudiri non diffido. Ego rursum, qui mentem omnem in honoranda Regia Vestra Maiestate fixi, efficiam, ne quid unquam per Regem et patrem meum clementissimum a me inexoratum dicatur. Quem in Domino foelicissime vivere imperareque exopto. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Eodem die ad Regiam Maiestatem Poloniae.

1) *Dorothea.*

N. 79.

E Regio Monte, 5.VIII.1526.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
pro presbyteris captivis interpellat.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 130-131.*

Intercedit pro captivis sacerdotibus.

Id notum esse cupimus Amplitudini Vestrae, non parva nos sollicitudine teneri erga eos presbyteros, quorum salutem a regia misericordia, hoc est clementissimo charissimoque patre, impetravimus, ne qua fiat, ut per tot undique ingruentia negotia eorum obrepat oblivio, uti in tam arduis Reipublicae curis facile evenire solet. Mittimus igitur hunc nostrum nuntium eius rei gratia, qui regium assensum eo deducat per literas nostras, quo intercessio nostra coram spectabat. Evidem cordilium nobis nasceretur, si in quo repulsam passi non sumus, in eo ipso nunc negligentia peccaremus. Tantum est, animas nobis a clementissimo Rege donatas liberari ex ergasculis cupimus, liberatasque ad nos mitti. Quorum haec sunt nomina: Martinus Meysner, quondam Sancti Barpholomei²⁾ plebanus apud Gdanenses, Iacobus Müller, in eadem civitate plebanus apud Sanctam Barbaram, tertius appellatur Ludigke, cognomento Stam, nomen quarti nobis excidit, sed non potest isthuc esse ignotum. Deinde duo sunt, Ioannes Frobel et Ioannes de Cracovia, qui Marienburgii in vinculis tenebantur, nunc alio forte deducti.

Non indiget res longo sermone apud Amplissimam Magnificentiam Vestram, regiae concessionis consciam. Tantum est igitur, ut scribat Re-

gia Maiestas hiis Prefectis, in quorum potestate habentur, iubeatque liberatos huic nostro nuntio exhiberi ad nos deferendos, qui curabimus, pro data fide, e regio imperio nostraque terra eos quam primum deportari. Eadem ferme nuper scripsimus ex itinere ad Amplitudinem Vestram, sed de errore literarum solliciti sumus. Ideo nunc eadem repetimus, ne quid negligenter committemus^{z)} in negotio tantopere nos movente. Nolumus autem, arbitretur Magnificentia Vestra aut Regia Maiestas, propterea nos laborare adeo enixe pro captivis illis, quasi eos omni culpa immunes putemus. Sed quod, quales sint, salvos eos esse cupiamus iuxta regiae clementiae promissum. Orat sancta Ecclesia pro suis persecutoribus, orat pro ethnicis, pro perfidis Iudeis. Liceat mihi intercedere pro infirmis et captivis. Sint sane multis modis noxii iustissimaque de causa capti, sed quia indulxit regia pietas vitam, ea nunc in tutum ponatur, ita rogamus, ut maxime potest filius apud patrem. Et, Frater Charissime, enixe rogamus, Amplissima Magnificentia Vestra perget suo more animum nostrum fideliter exponere regiae clementiae atque efficere, ut per hunc nostrum nuntium voti compotes fiamus. Hactenus operam vestram semper expetivimus, nec vicem rependumus. Ne pigeat Magnificentiam Vestram prioribus beneficiis certasse, et recordetur, quod Deus est^{y)} mortali iuvare mortalem. Quando offeretur occasio, ostenedemus cum fenore grati hominis pectus. Bene valeat Magnificentia Vestra, Frater Charissime.

Simili modo scriptum est ad Regem, mutatis
mutandis.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum de Schydlowyetz,
quinta Augusti.

^{z)} sic in ms.

N. 80.

E Regio Monte, 5.VIII.1526.

*Albertus dux in Prussia
ignotis (consulibus Elbingensibus?)
de pertractationibus inter Elbingenses ex una et Regiomontanos ac Hol-
landienses ex altera parte.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 9v-10.

An ko.mt. zu Polenn^{x)} 5 Augusti.

Unser freuntlichen, gunstigen grus zuvor^{a)}.

Erwirdige in Gott, edlen, grosmächtigen, erbar und ernvesten lieben freundt und besonderen.

Es haben uns E. L. und ir andere zu vorstehen geben, wie E. L. und ir von wegen ko.mt., unsers g.h. und vatters, mit etlichen^{b)} burgern von Elbing zu handelen. Dweil aber derselbigen durch anschlagung ko. manda-ta fordern und laden zu lassen, domit sie sich mit keyner unwissenheit entschuldigen mochten, uns darauf gebeten, das wir ko.mt. zu ehrn gne-

diglichen zuelissen, das solche mandat zu Konisperg und Hollandt offentlich angeschlagen wurden. Demnach so wir uns in dem und andern ko.mt., unsrem gnedisten hern, zu dienen schuldig erkennen, haben wir vorgenomen diesen tag alle die, so von Melbingen²⁾ hie erfunden, fordern und inen solch mandat verkunden zu lassen. Desgleichen wollen wir uff nhest komenden Dinstag (nachdem es ehe nit wol sein mag) zu Hollandt durch unsren hauptmann dosebst auch thun lassen, domit dieselbigen von Elbingen ko.mt. mandat nit wissen sein und dweil dieselbigen armen ko.mt. unterthanen erst uff nechstkomend Dinstags solicher mandat verstandigt werden, und E. L. und ir uff den Mitbochen²⁾ darnoch willens, die execucion solicher mandat zu thun, ist abermals unser freuntlich bitth und gutlich synnen, E.L. und ir wollet uff unser freuntlich forbitten indenck sein, das dennocht dieselbigen armen so kurczlich dieser sachen geantwurt werden und sich irer notdurft, noch wes sie villeicht furzuwenden hetten, kurcze halben der zeyt nit haben bedencken mogen. Das haben wir E.L. und euch anderen freuntlicher und gnediger maynung uff ewr schreiben nit bergen wollen. Datum Konigsperg.

*In initio epistolae in margine: Konigk zu Polen.**

a) *supra lineam.*

b) *correctum ex: elichen*

z) *sic in ms.*

* *Evidens error, epistola non ad regem scripta est.*

N. 81.

E Regio Monte, 6.VIII.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de Crispino quodam, a rege sibi commendato, ut apud Senatum Cneiphoviensem curaret, quo magistratu suo liberaretur, suadet, ut rex ipse prius apud eundem Senatum intercedat litteris suis.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 133.

N. 82.

E Regio Monte, 8.VIII.1526.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
pro Nicolao Działyński, succamerario Dobrinensi et capitaneo Brodnicensi (in ms. in Stroszberg), ne rex officii sui erga eum obliscatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 134-135.

N. 83.

E Regio Monte, 10.VIII.1526.

Albertus dux in Prussia

Annae duci Masoviae

in causa Ludovici Halber (vel Iudoci Holber), ut ei « secundum primam sententiam, quae in ista controversia per frequentes consiliarios Illustritatis Vestrae lata est: Dominum Cancellarium Sucofsky [Suchowski?], Laurentium [Prażmowski] Cyrsky Castellanum, Paulum Archidiaconum Warsoviensem, Albertum Popielski (Populsky) Vicecancellarium et Castellanum Wisky [Ioannem Łoski], exequutio fiat eaque sententia in effectum perducatur ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 135-136.

N. 84.

E Regio Monte, 10.VIII.1526.

Albertus dux in Prussia

palatino Masoviae et capitaneo Ciechanoviensi [Felici Brzeski]

pro Ludovico Halber (vel Holber), qui ratione pecuniae sibi per famulum quendam furtim ablatae in iudicio Varsaviensi causum habet, ut ad iustitiam cito pervenire possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 136-137.

N. 85.

E Regio Monte, 16.VIII.1526.

Albertus dux in Prussia

episcopo Cuiaviensi [Matthiae Drzewicki]

de non mutato die (24.VIII.1526) Conventus a se celebrandi et de legatis regiis aliisque ad eum diem exspectatis.

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 57.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 145-146.

N. 86.

E Regio Monte, 16.VIII.1526.

Albertus dux in Prussia

plenipotentiariis et consiliariis regiis Elbingae congregatis de litteris acceptis nuntiat.

(Germanice).

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 10.

N. 87.

E Regio Monte, 16.VIII.1526.

Albertus dux in Prussia

*Severino Boner (in ms. Paner), burgrabio et zuppario Cracoviensi,
doctorem Fridericum Fischer, cancellarium suum, in certis negotiis suis
in aulam regiam missum, commendat.*

*(Similis epistola Nicolao Nibschatz scripta erat: in ms. An den Niptisch
dergleichen).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 10v.

N. 88.

E Regio Monte, 26.VIII.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*sacris scripturis innitens, coniugium clericorum contra doctrinam Roma-
nae Ecclesiae defendit.*

Cfr. El. XXX, N. 25.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 137-145.

In causa Evangelii.

Serenissime Rex.

Cum sciam Maiestatem Vestram non modo rationis, prudentiae et omnium virtutum dotibus, ad regium temporale regimen pertinentibus, a Deo Optimo Maximo insigniter decoratam, verum etiam ad omnia insuper, quae Regia Maiestas Vestra ad beneplacitam Dei laudem vel hominum salutem necessaria dicit, christiano affectu penitus propensam, at vero hac tempestate in plerisque locis inter summates et infimates ecclesiasticos, ut vocant, et seculares doctosque plures potioresque circa religionem nostram articuli sunt controversi, quam ab ipsis usque Apostolorum temporibus unquam in Christiano Orbe sit auditum, ipse quoque Christus, assertor noster, Math. 24 nos abunde praemonuerit, suos ante consummationem saeculi tantis persecutionibus affligendos, tot pseudoprophetarum imposturis tentandos, ut nisi breviatis diebus illis vel ipsis electi, si fieri possit, in errorem pertrahantur; cumque similiter 2a Tessa. 2º Apostolus eiusmodi defectionem ante novissimum Christi adventum futuram evidentem indicet, docens preterea, quomodo abominatio illa Antichristus, homo peccati et filius perditionis, tanquam Deus in templo Dei, nempe hominum conscientiis, sessura revelanda sit et spiritu oris Domini, videlicet verbo eius, conficienda ac destruenda (id, quod de Antichristi in fidelium cordibus et conscientiis extinctione intelligi oportet); iamque apud non paucos palam est, ac partim etiam in Regiae Maiestatis Vestrae terris et ditionibus sese profert, non potui itaque non esse sollicitus, debita fidelitate me ad hoc adigente, ne Regiae Maiestati Vestrae, hucusque multis magnisque Regni negotiis gubernandis impeditae, non sat satis vacaverit ex purissimis divinae Scripturae canonibus scrutari, utri

parti in tali controversia sit assentiendum, fierique possit, ut ob eam causam in talibus articulis alicubi verae fidei sectatores ignoranter affligantur, impii vero et erronei confirmentur.

Et tamen vix alia ratione quispiam Deo rem tam^{a)} invisam, sibi ipsi tam noxiā patraverit. Tametsi enim Regia Maiestas Vestra in temporalibus rebus et causis a Deo ordinata sit, ut gladio bonos tueatur, malos vero puniat, ut testatur Apostolus de gladii iure Ad Rom. 13, non decet tamen ullo pacto in his, quae religionis nostrae sunt, aliis uti armis quam claro Dei verbo, nam hoc unum hac parte abunde sufficit, ut est 2 Cor. X, Ephe. 6, et Heb. 4. Porro quando Apostolis non licuit esse Dominis nostrae fidei, quanto minus id aliis licere potest? Verum quod preterea^{b)} in tali fidelium persecutione ignorantia neminem excuset, satis docet Christus Math. 24. Et alibi dicit miseros illos suorum persecutores arbitraturos obsequium se prestare Deo. Quamquam itaque Regiam Maiestatem Vestram de hac re nuper ex christiano debito paucis humiliter per literas admonuerim, cum tamen agnoscam et debitae subiectionis et cognationis iure me id aliqui in externo quovis damno aut periculo debere Regiae Maiestati Vestræ, ut eandem non semel, sed quoties in futurum opus aut oportunum esse possit, fidelissime admoneam, certe multo magis cogor, ut accedente ad praedictum debitum meum etiam christianæ charitatis precepto, omnibus modis hoc idem praestem in his, quae ad aeternam salutem obtinendam sunt necessaria. Quid enim Christo teste proderit homini, si totum mundum lucretur, animae vero suae faciat iacturam?

Proinde humiliter et summa sedulitate oro, ut Regia Maiestas Vestra has meas literas nequaquam alio scriptas animo existimet easque clementer suscipiat ac legere et expendere haud dignetur^{c)}. Id, quod ego de Regia Maiestate Vestra humiliter spero, nihil diffidens, quin largitore Deo Regia Maiestas Vestra sit ad certam beneplacitae voluntatis Dei cognitionem perventura et probe simul iudicatura, utra praedictarum partium salutarem, utra damnabilem viam iactet ac sequatur. Id, quod non modo propter hanc meam humanam admonitionem, sed potius propter internum divini Spiritus magisterium, qui per divinarum Scripturarum puritatem et in earundem indubitate^{d)} veritate corda illuminat et vivificat. Siquidem ex illis Scripturis omnia nostra pendent, illis nituntur, quas etiam copiosius proferre paratus sum, si modo unquam Regia Maiestas Vestra id a me desyderare dignabitur.

Porro, ut ipsi^{c)} fundamentum quoddam iaciam, Regiam Maiestatem Vestram, uti spero, non latet eam summam et incomprehensibilem verbo Dei inesse virtutem ac sodalitatem,^{e)} ut per illud celum, terra omnisque^{f)} creature esse coeperunt, nec minus esse perseverent, quodque a lege Dei ne apiculus quidem sit periturus, ac prius coelum et terra, quam Christi verbum, sint transitura^{g)}. Item non faciendum esse, quod nobis rectum videatur, sed iuxta Dei verbum idque tanta religione, ut eidem nec addi nec auferri quicquam liceat. Quocirca etiam Christus Math. 15 Esaiam prophetam citans, ostendit frustra coli Deum doctrinis et mandatis hominum, neque temere factum putemus, quod Christus ipse et Apostoli eius, sive sua confirmaturi, sive adversarios confutaturi, Scripturarum testimonia citant. Certe Paulus Ro. 15 testatur se non audere aliquid eorum loqui, quae per ipsum non efficiat Christus. Denique Divus Ioannes in 2a sua Epistola: eum, qui recedat et in doctrina Christi non permaneat, Deum nullum habere neque in domum recipiendum esse, nec salutandum, ne communicemus operibus eius malis etc.

Constat autem haec Christi doctrina Veteris et Novi Testamenti scripturis. Quas qui fratribus profert, scriba doctus ad regnum celorum, Christi doctrinam profert. Sed quid multa in hanc sententiam commemoro? Cum Christus Servator noster, Deus et homo, non semel ut homo dixerit suam doctrinam non suam, sed Patris esse. Et quod ab homine testimonium non accipiat, cum maius testimonium habeat, nimis rum a Patre, ac proinde adversarios iusserit scrutari Scripturas etc. Si itaque Christus, aeternus et unigenitus Patris Filius, nihil secundum hominem a se ipso locutus est, sed Scripturarum testimonii usus est, testimonium a se ipso profectum reiiciens etc.; insuper Io. X Spiritus Sanctus nihil a se ipso locuturus perhibetur, quemadmodum etiam Christus Apostolos suos non aliter misit quam ipse a Patre missus fuerat, nempe ut suo exemplo Apostoli non nisi paterni verbi testes essent et praecones, neque enim Spiritus Sanctus a celo missus, quo Christum clarificaret, aliud verbum docuit Apostolos; cum itaque discipulus non sit supra magistrum, certe ipsissimam Sathanae superbiam sapiet, si post Christum, post Spiritum Sanctum, post Apostolos ulla creatura, sive in coelo, sive in terra, sive intra concilia sive extra, sumpta sibi nova auctoritate, aliud in Ecclesia docere aut statuere audeat, quam quod Scripturis Sacris est proditum.

Unde Papa Innocentius Tertius C[apitulo] 'a nobis' 2º De sententia excommunicationis manifeste testatur iuditium quidem Dei nec fallere nec falli posse, sed semper veritate niti, iuditium vero Ecclesiae (ubi Romam intelligit) nonnunquam opinione niti, quae saepe et fallat et fallatur etc.* Item in Decretis Canonicis dis[tinctio] 8 c: 'Si solus Christus', aperte iubemur solum Christum audire et non attendere, quid aliquis ante nos faciendum putaverit.**) Neque enim hominis consuetudinem sequi oportere, sed Dei veritatem. Et pro confirmatione ex Esaia in colendo Deo mandata et doctrinas hominum abiciente. Hic paulo post initio dis[tinctionis] nonae inter caetera dicitur, quod quicunque Imperatorum legibus, quae contra voluntatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande praemium.*** Quod capitulum cur Paleae nomine notarent isti, non video, cum sit proba et pia Augustini sententia, quemadmodum et ea, quae pauca ibidem sequuntur, ubi pius ille Episcopus negat suis scriptis fidem habendam, nisi quatenus ex Scripturis Sanctis certa esse deprehendantur.**** Ut caetera taceam quae in eam sententiam illic multa leguntur. Sed neque humana haec testimonia iuris pontificii in hoc profero, ut ex hiis autoritatis aliquid solidae divinarum literarum veritati accedat, nam hoc preposterum esset, sed ut Regia Maiestas Vestra eo facilius videat, quam multa Pontifices aperte contra suas ipsorum sanctiones ausi sint in Ecclesia Dei.

Quid multa? Cum in multis Pontificum et Conciliorum constitucionibus inveniatur contrarietas, dum quod priores tanquam salutare sanxerunt, posteriores tanquam noxiunm damnant, certe liquet nihil horum in Spiritum Sanctum autorem referre posse, quippe qui sibi ipsi minime contradicat. Insuper in ipsa canonum farragine dis. 40 c, 'Si Papa', legimus****: Si Papa deprehendatur sua culpa innumeros populos catervatim secum ducere ad gehennam, a nullo tamen mortalium eum redargui aut iudicari posse etc., quem quis non videt tam longe abesse a Spiritu Sancti bonitate, quam abest a Christo Belial. Atque in hunc modum Regia Maiestas Vestra facile potest intelligere, quid fidei mereantur Pontificum canonnes, sicubi (quod non raro videmus) sacrum Scripturae canonem non habent suffragantem, aut etiam manifeste repugnantem etc.

Unde evidenter colligitur, quantum valeat istorum commentum, qui Sanctam Ecclesiam, quam nos spiritualem et invisibilem in fide nostra confitemur, fingant a Christo super Petrum atque adeo super omnes Romanos Pontifices edificatam. Ac proinde Divo Petro et Romanis Episcopis plus potestatis quam caeteris Apostolis et Ecclesiae ministris esse concessum. Pro qua sententia sua aliquot claros Scripturae locos suis obscuris et violentis glossis solent detorquere, fingentes Scripturam esse tenebris, nisi id genus suarum expositionum luce illustretur. Neque vero ullo modo subsistere potest alterum eorum figmentum, quo dicunt Christum et Apostolos non omnia ad Ecclesiam edificandam et gubernandam manifesta¹⁾ nobis tradidisse, sed Spiritum Sanctum alia quaedam posteris Ecclesiae primatis revelasse, quae non minus amplecti oporteat Christianos, quam si a Christo et Apostolis essent profecta, quemadmodum facile possint haec omnia apertis divinae Scripturae documentis multo copiosius ostendi. Quae tamen in his scriptis prolixius tractare non possum, quod nondum satis compertum habeam, quid hac parte ferendum putet Regia Maiestas Vestra, ²⁾paratissimus alioqui, modo velit Regia Maiestas Vestra³⁾, non tantum quae nunc paucis attingo fusius posthac explanare et fortius munire, sed etiam his, quae dici solent aut possunt, cum mansuetudine obviare.

Verum ut Regia Maiestas Vestra hoc unum abunde magnum ad presentis assequatur, nempe quomodo Spiritus Dei (cui omnia ab aeterno sunt manifesta) mendaces in Ecclesia ministros et perniciosos seductores per Apostolum Paulum, organum a se electum, clare depingat, nobis omnibus certam rationem ac manifestissimam formulam prescribens, qua hoc genus Pseudo-apostolos certissime, tanquam ex fructu arborem, cognoscere possumus, obtistor humiliter Regiam Maiestatem Vestram, ut ea legere dignetur tertium et quartum prioris ad Timotheum epistolae capita. Ibi Regia Maiestas Vestra inter praecipuas boni Episcopi virtutes eam recenseri inveniet, ut uxorem habeat et liberos bene moratos. Et sunt ibidem similia de diaconibus²⁾. Post quae verba, continuum subtexens sermonem, Apostolus (nam capitulorum distinctio multo post in rem lectorum fieri coepit) in exordio quarti capititis in hunc modum dilucide scribit: Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniolorum, in hypocrisi loquentium mendacium et cauterio notatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his, qui cognoverunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona est et nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum Dei et orationem etc.

Quando autem iuxta veram grammaticae rationem in omni dicto scripto ex praecedentibus et sequentibus germanus sensus colligi debet, et in confessu est Papam Episcopis et toti ecclesiastico (quem vocant) ordini, quantumlibet numeroso, ita interdixisse matrimonio, ut non modo neminem eorum sinat coniugem esse, sed etiam coniugium in suis nihilo fere levius hodie quam parricidium puniri curet, profecto haud obscure ex praedictis duobus capitulis paulinis Regia Maiestas Vesta intelligere potest eiusmodi prophetiam proprie ad interdictas clericorum ordinis nuptias spectare, praecipue cum Apostolus paulo ante huius ordinis coniugia commendet ac huiusmodi coniugiorum inhibitores futuros sic subiciat, ut etiam nobis insigniter notos reddat, quo sine omni hesitatione certo scire possimus, quodnam sit illud hominum genus in

novissimis temporibus a fide discedens, spiritibus erroris et doctrinis demoniorum, in hypocrisi mendacium loquentium, attendens et conscientiam cauterio notatam habens, utque ex duabus praedictis insignibus notis abominari discamus omnes quoque reliquos perniciosos errores eorum, non secus atque Sathanam ipsum, nimirum cuius spiritu doctrinas et mendacia sequuntur.

Ob quam causam etiam Regiae Maiestati Vestrae hanc manifestam denique certamque Spiritus Sancti regulam ex affectu illo meo, multis nominibus erga eandem Regiam Maiestatem Vestram debito, humiliter indicandum duxi atque adeo omnibus modis indicare debui, sperans Regiam Maiestatem Vestram, quemadmodum christianum et Deo dignum Regem decet, cum celesti auxilio in omnibus Incliti Regni Poloniae terris diligenter curaturam, ut in huiusmodi gravissimis causis, utpote Dei cultum et animarum salutem respicientibus, praevia utriusque partis examinatione et legitima cognitione, omnia ad Sacrae Scripturae praescriptum et gnomonem, neutquam vero contra eandem, discussantur ac iudicentur, cum in multo levioribus causis civilibus nemo nisi auditus et legitime convictus damnetur. Quo pio studio Regia Maiestas Vestra indubie gratiam magnam apud Altissimum et apud omnes pios laudem vere regiam ac summam gratitudinem sibi conciliabit. Simul autem commendo me Regiae Maiestati Vestrae, tanquam Domino meo, divina ordinatione mihi summe observando, Regi ac patri clementissimo. Dignetur coelestis Pater nos omnes sui verbi lumine illustrare ac Spiritum filiorum in corda nostra mittere, per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen. Filium suum dilectissimum. Amen. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, XXVI mensis Augusti.

- a) sequitur expunctum: gratam
- b) in ms. prepetua (?)
- c) probabiliter error pro: haud dedignetur
- d) sequuntur expunctum: fide
- e) lectio incerta.
- f) in margine: Gen. 1, Io. 1, Sap. 9, Psal. 108, Math. 5 et 24.
- g)-h) in margine.
- z) sic in ms.

- *) Decretalia Gregorii IX, lib. V, Tit. XXXIX De sententia excommunicationis, c. 28 «A nobis». cf. Corpus Iuris Canonici, ed. A. Friedberg c. II, Graz 1959. 887.
- **) Decreti Gratiani pars prima, distinctio XL c. 3 «Si solus Christus», cf. Friedberg, op. cit. I, 15.
- ***) Cf. ibidem dist. IX c. 1; Friedberg I, 16.
- ****) Aug. 'Ego enim Evangelio non crederem nisi me catholicae ecclesiae commoveret auctoritas' «Contra Faustum» ed. C.S.E.L. t. XXXV, 1, p. 197.
- *****) Decreti Gratiani pars prima, dist. XL c. 3 «Si papa», cf. Friedberg I, 146.

N. 89.

Ex arce Rhein, 6.IX.1526.

Albertus dux in Prussia

*Matthiae Drzewicki, episcopo Vladislaviensi,
pro captivis sacerdotibus, iam regio mandato liberari iussis, ab episcopo
nondum dimissis.*

Cfr. El. XXXIV, NN. 59, 62.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 146-147.

Pro captivis sacerdotibus.

S[alutatio].

Ad intercessionem nostram donavit Serenissimus Rex libertate aliquot

captivos sacerdotes, et ne benefitium illud oblivione irritum fieret, praecepit, quo Reverenda Paternitas Vestra eosdem e vinculis quam primum emanciparet. Sed qua de causa factum sit, ut regio mandato Reverenda Vestra Paternitas minime paruerit, non parva tenet nos admiratio. Regia etenim voluntas et pia et benevolia, quod pariter decet, fallitur et nos vana spe (quomodo enim aliter interpretetur?) illudimur. Denique miseri contra promissum servantur in captivitate. Hoc nobis certo persuademus tam fidum constantemque Regem, si rem sciret, mallet sese nil promisisse, quam nos promisso falli. Cuius rei abunde arguento sunt Maiestatis Suae literae, ad nos ea de re scriptae, quarum exemplar, quo certior nostra fides fiat, una misimus. Quam ob rem iterum atque iterum rogamus, Reverenda Paternitas Vestra tandem aliquando miseros e captivitate citra ullam procrastinationem dimittat. Ita satisfiet regiae voluntati, cui repugnare contumacia est, et nostrae expectationi, quae certe nullo merito per Reverendam Paternitatem Vestram debet ulterius prorogari. Praebere se promptam hac parte Reverenda Paternitas Vestra dignetur. Curabimus maiori officio, si quando casus tulerit, id ipsum rependere. Datum ex arce nostra Reynn, die quo supra.

In margine in initio scripti: Ad Episcopum Wladislaviensem, 6 Septembris.

N. 90.

Poppen (Spychowo), 10.IX.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de Christino Kuberski, capitaneo in Wąsosz, queritur, qui subditos suos,
in confiniis cum Masovia degentes, nimis gravibus teloneis aliisque
oneribus vexat.*

Ostpr. Fol. vol. 42, ff. 10v-11.

An Schidlowicz 10 September.

Unser freuntlich dinst und was wir liebs und guts vermogen allezeyt zuvor.

Edler, wolgeborner und grosmechtiger herr, besonder geliebter freund und bruder.

Erstlichen wil ich mich gegen E.L. entschuldiget haben, das ich der selben nicht lateynisch geschriben, dann ich yeczmalen mit meiner freuntlichen lieben gemahel¹⁾ uff der iagt, dobey ich dann E.L. als den freuntlichen, liben bruder auch gern wissen wolt, und keynen lateynischen schreyber bey myr gehabt. Und fug E.L. fruntlicher meynung zu vernehmen, nochdem der edel, unser lieber besonder, der starust zum Wagenschos, Cubersky²⁾ genannt, meine underthanen in meynen ampten und gebitten an der masauischen greniczen gelegen mit überladung der zoll und sonst mit vilen unpillichen und unzimlich furnemen beschweren thut, welches sich dann meine arme leut vilfertiglich über ine beclaget haben. Diweil ich aber als ir oberherr gedachte meine arme leute vor solchen unpillichen und unzimlichen furnemen zu schuczen und handhaben, do mit die armen leut nicht so seher betranget wurden, habe ich vil gedachten starusten oftmals durch meine amptleut mit schriften ersuchen lassen, von solchen seynen unpillichen furnemen mit überladung der zoll

und anderen, domit^{a)} es unsere arme leut beschweren thut, abzustehen, aber nie keyn amtliche antwurt von ime erlangen mogen, sonder bis hiher und noch stetigs uff seinen unpillichen furnemen behart. Welches alles E.L. von stuck zu stuck zu erzelen verdriesselich seyn mochte. Wollen wir uns doch solchs zu thun, wo ko.mt. allezeit dasselb von uns begeren wurdet, erboten haben und diweil wir uns allezeyt als der underthenig furst in allwege gegen ko.mt. und derselben underthanen mit allem freuntlichen und nachtpferlichen willen zu erzeigen halten wollen, das ko.mt. gefallen thet, und aber in sonderheyt oftgedachter Cubersky vor anderen sich meher mit vilen unzimlichen furnemen gegen unser underthanen erzeigen thut, bitten wir E.L. freuntlichs vleys, dyeselb wolle bey hochgedachter ko.mt. zu Polen, unsernen gnedigsten herren, so vill erlangen, das dy armen unsere underthanenn von solichen unbillichen beschwerungen von oftgedachten Cubersky gefreyt werden mochten und widerstaung geschehen, angesehen das mit den neuen ungewonlichen zollen und anderen wider den uffgerichten vertragk gehandelt und Cubersky von ko.mt. zu Polenn gemandirt wurdt, das er von solchen seynen unpillichen furnemen abstehen thet und hochgedachter ko. mt., meynem gnedigsten herren^{b)}, meinen willige underthenige dinst ansagen und derselben ko.mt. bevelchen. Welches alles zu thun ich mich zu E.L. genczlich versehen will, dann E.L. freuntlichen und bruderlichen willen zu erzeigen bynn ich alzeyt willig. Datum Poppen uff der jagt den 10 Septembris.

In initio epistolae in margine: Schidlowicz.

- a) *sequitur expunctum:* seyn unpillichen fur- 1) *Dorothea.*
nemen 2) *Kuberski.*

b) *sequitur expunctum:* bevelchen

N. 91.

E Regio Monte, 26.IX.1526.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Radziwill

de negotio molendini Rajgrodensis, de quo ob multa incommoda et gravamina subditi sui queruntur, infra festum Nativitatis finiendo.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 165.

N. 92.

E Regio Monte, 27.IX.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de molendino Rajgrodensi (in ms. Hrayhroden) Ioannis Radziwill, de quo ob multas querelas subditorum suorum controversia est, respondet se petitioni ipsius Radziwill et hortationi regiae condescendisse, modo hoc negotium, « audita utriusque subditorum querela », ante festa Nativitatis finiatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 157.

E Regio Monte, 27.IX.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de calamitate Regni Hungariae et de urgente necessitate communibus
christianorum viribus Hungariam liberandi et totum Orbem Chri-
stianum defendendi.*

Cfr. El. XXXIV, N. 60.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 147-156.

Conqueritur de miserabili casu Regis Hungariae et temporum ma-
litia etc.

S[alutatio].

Non possumus nunc, Magnifice Domine, Frater Periucunde, quales
uterque volumus Magnificentiae Vestrae literas mittere, tanta est et re-
rum perturbatio eaque sunt et turbulenta et tristissima tempora, quibus
mala nobis ante, post dextra et sinistra imminere videntur. Fatemur
et nos satis imbecillo animo factos, posteaquam legimus epistolam, no-
vissime nobis a Magnificentia Vestra missam, non solum nobis, sed et
universo pene christiano generi et lachrymis et sanguine deflendam
Nam et tam gravi casu Serenissimi Hungariae Regis¹⁾, nobis cum pri-
mis amantissimi Domini et necessarii, intellecto, haec tristia alioqui tem-
pora nobis nunc demum tristissima et luctuosissima visa sunt.

Quid enim humanorum casuum rerumque mortalium acerbius no-
bis nunciari poterat? Regnum Hungariae scilicet sine legibus, sine iudi-
tiis, sine iure, sine Rege, sine religione relictum incendiis et direptioni?
Proinde neque pudori, neque probitati, neque virtuti, neque saluti aut
vitae relictum aliquid loci? Potitum enim esse rerum infensissimum
hostem pene humani, ne dicam christiani tantum, nominis, Turcarum
Imperatorem²⁾. An non ille est unus et immensi qui timor orbis erat?
Vel antequam tam propinquum nobis sentiremus hostem, fores nostras
pulsantem, quem recordamur his desperationem quandam intulisse, qui
senes erant, nobis adhuc adolescentibus. Quum autem consolationem,
quae levare dolorem hunc nostrum posset, frustra et apud nostrum ani-
mum et apud nostros quaesissimus, tandem recordati sumus esse, quo
confugiendum sit, ubi conquiescendum, in cuius sinum curae, merores do-
loresque omnes reponendi. In eius scilicet, cui beneplacitum est in timen-
tibus se, et in eis, qui sperant in misericordia eius, qui prope est omni-
bus se invocantibus. Invocantibus autem in veritate.

Itaque nobis ipsis redditu [esse] non potuimus, ubi etiam hac de re
commentati cum nostris essemus, Magnificentiae Vestrae animum no-
strum non plane detegere, longiore etiam fusioreque epistola, quam antea
sumus soliti. Primum omnium magnas agimus gratias, quod Magnificentia
Vestra vel harum tristissimarum rerum nos certiores reddidit et tam
festinanter et tanta diligentia, ut fateri cogamur Magnificentiam Vestram
erga nos nullum officium fratris et amantissimi hominis praetermittere.
Quam vicissim video omnia summa in se studia officiaque a nobis
expectare. Merorem autem, quem ex literis Magnificentiae Vestrae con-
cepimus immodicum, non solum efficit Serenissimi Regis Reginaeque³⁾
Hungariae, utpote necessariorum nostrorum, Hungarici quoque Regni mi-

serabilis casus, sed et non contemnendum periculum, Serenissimo Regi Poloniae, Domino, avunculo et parenti nostro charissimo, caeteris quoque Principibus, immo et Reipublicae Christianae imminens. Porro haec fiducia erit nostra, quod Dominum et Patrem nostrum in coelis adiutorem esse in oportunitate inque tribulatione. Cuius quoque misericordiam summa fiducia imploramus edocti, quod corripere sic solet Dominus in misericordia et increpationibus magis, quam quod puniat in furore.

Hinc etiam speramus meliora de ipso Hungarorum Rege, quam subitus pessima quaeque persuadens nobis timor attulerit. Iuxta haec non dubitamus Regiam Maiestatem Poloniae ipsam solere, id quod omnes decet, quam maxime autem christianos, tantis in tribulationibus casibusque adversis solius Dei nomen piis assiduisque precibus et gemitibus invocare. Sola in eius divinae bonitatis misericordia et veritate eiusque verbo aeterno fiducia posita, certi, quod per idem Verbum Incarnatum, Filium suum, Dominum et Salvatorem nostrum, Iesum Christum, iusserit, ut omnes, qui laborarent, ad se refectorem venirent, certi etiam per eundem, quod nos exauditurus sit Pater in Filii solius nomine imploratus, promissione hac nobis addita tanquam signaculo: Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, accipietis ab illo. Et alio loco (ne Deum esse Filium dubitaremus): Ego vobis dabo. Ubi scilicet in eo et verbum illius in nobis manserit. Id, quod apud Ioannem pluribus agit. Nam et apud Davidem non semel legimus nomen Domini invocandum, reprobatis hiis, qui curribus suis et equorum multitudine fidunt, cum nec civitatem ullam tutam esse neget, quam Dominus non custodierit.

Tametsi non neget interim civitatem custodiendam, violentiam quoque et iniuriam hostium propulsandam, ad hoc nempe gladio Regibus et potestatibus tradito, sive id machinis etiam bellicis aereis aut ligneis fiat, omnibus modis vetans, ne Dominum tentantes aut auxilium a Domino securi speremus, aut ipsi nos periculis exponentes stolidi, relictis spretisque hiis armis rebusque, quae Dominus nobis non quidem, ut in eis spem poneremus, sed ut hiis nos uteremur in Domino sperantes. Proinde etsi nihil operae pretium non fore nostra vel admonitione vel consilio, qui istinc haurimus nostra, tamen quae nostra est in Sacram Maiestatem pietas, quae in florentissimum Polonicum Regnum observantia, quae etiam in Magnificentiam Vestram benevolentia summa, noluimus clam esse Magnificentiae Vestrae, quae nos huic negotio Hungarico, immo totius Reipublicae Christianae commoda necessariaque expendimus.

Inprimis, quoniam Imperator Turcarum maximo exercitu castra metatus est in Hungaria, devictis subactisque multis opidis et castris atque caesa magna primariaque manu Hungarorum, ut est militari disciplina non ignarus, consternatis iam primo metu Hungarorum animis, facile Hungaricum Regnum per deditiōnem (quam Deus avertat!) occupabit, antequam firma aliqua et fortia praesidia mittantur. Quod ubi fieret, difficillimum nos arbitraremur id a manibus Turcarum aliquibus subsidiariis copiis, celeritate praeſertim aliqua, eripere, quod ante a possidentibus longissimo tempore tueri non poterat, subinde apparente ingruenteque hoste. Si itaque et denuo contingere Imperatorem Turcarum prelio esse victorem, quae hinc pericula vicinis Principibus, immo et Christianae Reipublicae universae, ob auctum timorem imminerent, Magnificentia Vestra pro sua singulari prudentia facile metietur. Tametsi vel tunc maioribus etiam in^{a)} malis inque ipsa morte sperandum sit christianis.

Porro arbitramur nos, Magnifice et Amabilis mi Frater, hanc ipsam miserabilem faciem rerum Hungaricarum nunc Illustrissimo Archiduci Austriae⁴⁾, Caesarea Maiestatis⁵⁾ Locumtenenti, caeterisque Ordinibus Imperii Romani, Spirae congregatis, depictam nunciata tamque. Proinde pro recuperando Hungarico Regno perduto et occupato, aut saltem pro Occidenti liberando, Archiducem Austriae, utpote vicinum dicti Regni, simul etiam Duces Bavariae⁶⁾ vehementer laboraturos non dubitamus, alioqui a Principe ad Principem progressura hac calamitate. Sed et hic animi nostri cogitat atque utinam vanum timorem non obticebimus. Multum impedimenti allaturum iusto subsidio suspicamus hoc commune malum, quod Germaniam iam anno possederat, tumultuantibus undique rusticis et subditis contra Dominos consurgentibus ad arma, qui nunc aut vita aut honoribus bonoque nomine in tertiam generationem adempto, bonisque privati, nihilo tamen redditu sunt animo meliores. Illorum enim demortuorum amici saltem, aut consanguinei, aut affines, hii autem uni ipsi odium summum concepero erga Dominos. Mali, quod poenam luere coacti sunt perfidia et improbitatis, boni vero, quod ab Evangelio se arceri conqueruntur. Interea hac vel a parentibus accepta falsa opinione, imbibita tamen, Turcam quenque permittere sua religione suaque fide vivere et uti, haec ne animum, immo et maiores copias hosti christiani nominis additura sint, plurimum timemus, utpote vulgi Germanorum mores non incognitos habemus.

Nam hac invidia adhuc in subditis erga Principes et Dominos manente, qua plus metuunt Dominos quam ament, quae fides in multitudinem ponenda erit, auditio vel libertatis falso nomine, quam tantopere mordicus iam anno appetivere? Novi ego animos vulgi et praesertim multitudinis. Accedit ad hoc summorum capitum in Italia, Gallia et Germania infoelix et pene alterna discordia. Qua saepe res magnae aut labefactatae sunt, aut reciderunt. Quae omnia vana non esse singularis prudentia Magnificentiae [Vestrae] vel ipsa providisse potuit. His mundi procuribus nos iterum atque iterum a Domino et Patre omnium misericordiarum, spei et consolationis pacem concordiamque inter se veram aeternamque precamur ex animo, et ut credito verbo veritatis, Evangelio salutis nostrae, obsignentur Spiritu promissionis Sancto, quo simus (nam aliter fieri non poterit), id quod Apostolus praecipit, integrum corpus eadem mente.

Hinc itaque nos, id quod certe optimo animo, summa fide et observantia in primis in Regnum Inclytissimum Poloniae, deinde et in totam Rempublicam Christianam scribimus, valde consultum putaremus, ut iuxta haec, quae in Germania Spirae agentur, Sacra Regia Maiestas Poloniae consilium auxiliumque quereret per legationes decentes a vicinis Regibus et Principibus, praesertim autem a Rege Datiae⁷⁾ et Suetiae⁸⁾, a Magistro Livoniae⁹⁾, a Regno Bohemiae, a Slesitis, a Moravis et Lusatia, a Ducibus Saxoniae¹⁰⁾, a Principe Electore Brandenburgensi Ioachimo et Duce Pomeraniae¹¹⁾, quo scilicet consuleretur temporibus, incolumitati, vitae et multorum fortunis, ita scilicet, quod hii ex supradictis auxilium contra Turcas non abnuerent, simul cum Regia Maiestate Poloniae ad praestuendum aliquem certum idoneum locum Oratores suos, rei militaris non inexpertes, quam primum id quidem fieri posset, mitterent. Qui consulerent statuerentque, quae, quando et quo modo auxilia inter se contra Turcarum haud tollerabilem tyrannidem praestare possent et vellent.

Quod si, quod piissimus Deus avertat, Regno Hungarico in ditionem Turcae tyrannicam subacto, quidam ex iam nominatis Regibus et Princi-

pibus pro recuperando eodem auxilia denegarent, haud inconsultum tamen videretur vel tunc deliberare ac plane constituere, si ob Turcarum inexplebilem et sanguinis humani et terrarum alienarum sitim alicui eorum auxilii necessitas immineret, quale tunc a quolibet illorum auxilium certum, atque intra quot menses, expectaret, qui inter eos Turcarum experietur detestabilem tyrannidem. Atque hoc quidem vel hac ratione consultum putamus, quod nemo ignorat longe facilius esse a quavis vi Regna et provincias defendere tuerique, quam iam ab hostibus possessa Regna, provincias aut civitates liberare. Proinde nihil magis nocuum arbitramur quam hoc in negotio temporis medicinam expectare. Immo consilio anteferendum putamus, quod in aliis humanis casibus speratur die^{b)} remedium. Quod si quaedam offenses etiam inter praedictos Reges et Principes intercederent privatae, equidem putamus consultissimum, ut praescindantur aut saltem interim conquiescant, ne privatae causae quorundam publicae multorum saluti officiant, quemadmodum hoc non solum charitas christiana iubet, sed et summa christiana rei necessitas expostulat.

Preterea quum et Moscovitarum Dux¹²⁾, potens armis virisque, christianum confiteatur nomen, ac proinde Turcarum Imperatoris potentiam foelicitatemque iam auctam et suspectam habeat et ingratam, utpote communis omnium Christianorum hostis, sibi non solum ob potentiam, sed et ob vicinitatem timendi, praesertim autem si foeliores ei successus immittior fortuna daret, nos causae huic nonnihil profuturum ducimus (modo et fides adhibenda sit illi et consultum videatur Regiae Maiestati), si dictis Regibus Principibusque sociaretur ille modo et lege supramemoratis.

Iuxta haec non abs re esset et tunc deliberare, quae maiora auxilia a Caesarea Maiestate aliquis Regibus^{c)}, proceribus et Principibus totius Christianae gentis petenda, praecipue autem a Romano Pontifice¹³⁾, a quo auxilium nedium militum, sed et nervum bellorum rogari iustissimum aequissimumque arbitramur, cum in confessu sit eas vires Turcarum potentiam acquisivisse serpendo, ut non unius Regis sit Turcam frangere. Quod si hoc modo, ut diximus, tueantur se vicina Regna et populi, aut alia maxima aliqua vi repellatur Turcarum deploranda nobis foelicitas atque humanae genti intollerabilis immanitas, non videmus certius quid, quam Regnum populorumque succedaneam internitionem et excidium. Haec una, ardua tamen et gravissima, nec orbi incognita, inter tot tantasque Reipublicae Christianae gravissimas causas, Concilium aliquod sanctum, liberum, publicum et Christianum desyderabat iam pridem. Id, quod et plerisque Comitiis et agitatim et consultum in Germania est, sed ea omnibus Christianis desyderabilis, salutifera atque toties frustra expectata res semper suois cunctatores reperit. Quo effectum est, ut vix aut conciliorum aut auxiliorum quavis festinantia resarciri possit sensus, gravissime tamen, laesa Christiana Respublica.

Cum itaque flagret hic ignis, nedium serpat in vicinos, ita ut extingendi mora, quanquam et aliis casibus semper, tamen hoc in negotio potissimum difficultatem augeat, festinandum erit, quo saltem aliqui et hui, quos supra nominavimus, proceres terrarum, utpote vicini Regni Hungarici, inter se delyberent statuantque, quo modo a vicinis domibus et Regnis arcendus saltem sit, donec Concilio aliquo concelebrato, publico et libero, hoc iam nunc non serpens malum aut adhuc fumus, sed ignis ardentissimus, extinguui atque simul Hungarica Respublica in veterem libertatem ac dignitatem vindicata, Turcae doceri possint esse, qui tandem

in se sperantes non deserit, neque fortunam unquam perpetuo indulsisse neque indulgere. Quae omnia Magnificentiae Vestrae, optimo fratri, optimo Senatori Sacrae Regiae Maiestatis, bono animo, christiano pectore, propensissimo quoque in Inlytum Poloniae Regnum studio, abscondere noluimus. Quod si quae horum digna videbuntur, quae Sacrae Regiae Maiestati, Domino et parenti nostro dulcissimo, aequa ac clementissimo, communicentur, nihil nos hoc impedimus, praesertim autem si ad optimum et prudentissimum Regem Poloniae ab optimo et prudentissimo Senatore referantur, a nobis obsequiose certe, si non satis prudenter, praemeditata. Cuius Sacrae Maiestati nos unice commendari a Vestra Magnificentia plurimum rogamus. Nos vicissim studebimus, modo id virium nostrarum sit, officiis nostris cogitationes Magnificentiae Vestrae vincere. Quam in Domino foeliciter valere exoptamus. Datum ex Konigsbergio etc.

Schedula.

Plurimum rogamus, si quae nova Magnificentia Vestra, praesertim autem ex Hungaria, acceperit, ea quam primum nobis communicet, sive foeliora, quod precamur, futura sint, sive, quod deprecamur, tristiora. Nos interim Deum orabimus, ut occidenti succurrat Regno.

In margine in initio scripti: Ad Christoferum de Schydlowyetz, 27 Septembris.

- | | |
|------------------------------|--|
| a) sequitur rebus expunctum. | 6) <i>Gulielmus IV et Ludovicus X.</i> |
| b) verbum correctum. | 7) <i>Fridericus I.</i> |
| c) in margine. | 8) <i>Gustavus Wasa.</i> |
| 1) <i>Ludovicus II.</i> | 9) <i>Valerus a Plettenberg.</i> |
| 2) <i>Solimanus II.</i> | 10) <i>Ioannes et Georgius.</i> |
| 3) <i>Maria Austriaca.</i> | 11) <i>Barnim IX.</i> |
| 4) <i>Ferdinandus.</i> | 12) <i>Basilius III Ioannides.</i> |
| 5) <i>Carolus V.</i> | 13) <i>Clemens VII.</i> |

N. 94.

E Regio Monte, 28.IX.1526

*Albertus dux in Prussia
Iohanni Baliński, castellano Gedanensi,
de calamitate Hungariae et de periculo Germaniae et Poloniae inde imminente.*

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 158.

Epistola consolatoria ad Dominum Balinszky in tam acerbo casu rerum Hungaricarum.

S[alutatio].

Nisi sancta religio unica consolatrix in omni adversitate animaret nos, plane consterneremur mente in tam acerbo casu rerum Hungaricarum, qui sese in Germaniae Poloniaeque maximum periculum effundet, nisi clementissimus Deus omnia, quae peccata nostra meruere, propitius avertat. Evidem si nobiscum recte perpendere velimus, affert hoc boni

nobis ista erumna, quod intelligamus totam hanc calamitatem, illatam nobis propter vitia nostra, quae ob suam magnitudinem nullum remedium hactenus pati voluerunt, nisi sub potenti manu Dei, quam sentimus in tyrannide Turcae¹⁾.

Igitur si nunc vitam nostram acta poenitentia correxerimus, ponemusque solam spem in Domino, cui unus pro mille et mille pro uno, nullum dubium est, quin profligabimus a iugo nostro Imperatorem Turcam, confidentem equis et hominum copiis, ut fugit pulvis a facie terrae. Qua de re non frangamur animo, quod nostri semel prostrati sunt, sed confisi Domino, pugnemus pro fratribus alacriter sub vexillo eius. Si vincemus, esto gloria Domini, sin mortem oppetierimus in tam pia pugna, poterit nobis nulla victoria contingere illustrior. Restat ergo, ut isthic populum ad poenitentiam et preces adhortemini. Nos hic, quantum Dominus mentem dederit, non obliviscemur in piis conventionibus officii fraternitatis. Bene valeat Dominatio Vestra. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Balynszky, XXVIII Septembbris.

1) *Solimanus II.*

N. 95.

E Regio Monte, 28.IX.1526.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
consilium praebet, quomodo arma et munitiones ad bellum contra Tur-
cam gerendum colligi et confici possint.*

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 159.

Dat consilium contra Turcam.

S[alutatio].

Non dubitamus, quin Regia Maiestas eiusque Consiliarii et Capitanei, rerum bellicarum et militarium periti, hoc in primis pro singulari eorum prudentia provisuri sint, ut loca, castella, opidula, passagia idque genus alia versus Turcam¹⁾ vergentia primo quoque tempore, quantum pro rerum facultate id fieri potest, communirentur militibus aliisque rebus ad rem bellicam idoneis firmiora reddantur atque in bona custodia habeantur. Ad haec summe necessarium erit, ut in promptu sint bellicae machinae, uti bombardae campestres, necnon aliae leves et tractabiles bombardulae, et quicquid ad huiusmodi negotium pertinet et opus est. Quod si penuria aeris aut cupri in fundendis aut formandis bombardis esset, potuissent tum supervacaneae^{a)} atque non adeo necessariae campanae ad hoc ipsum adornari.

Si etiam ad faciendos sumptus, rebus bellicis necessarios, non satis pecuniarum superesset, tum multo satius atque consultius videretur argenteis vasis, imaginibus caeterisque templorum clinodiis urgente necessitate uti, quam non resistere intollerabili Turcarum tyrannidi. Quod si non fieret, postulante praesertim necessitate, quid aliud faceremus, quam quod Turcae potentiam illis ipsis rebus magis augeremus? quemadmodum, proh dolor, iam Hungari eorumque primores ultra multorum multiplicesque adhortationes et fideles praemonitiones fecerint. Haec omnia

non aliter, quam optimo animo nos scripsisse Magnificentia Vestra certo sibi persuadeat velimus. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum de Schydlowietz,
die quo supra.

a) *in ms. supercaneae*

1) *Solimanus II.*

N. 96.

s.l., 8.X.1526.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Varmiensi [Mauritio Ferber]
respondebat ad epistolam de querelis civium Braunsbergensium; de pago
Eysenburg, de quo cum canonicis Varmiensibus lis est; de tributis
a presbyteris Heilsbergensibus non solutis.
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 11-12.*

An den bischoff von Helsperg¹⁾ 8 October.

Wir haben E.L. schreyben mit inligender suplicacion der von Braunsberg empfangen und des alles inhalts vernomen.

Erstlich, wie E.L. derselben unterthan von Braunsberg eczliche scheiden halben uns bitten thut, das wir dermassen darin sehen wolten, do mit sie zu demienigen, darzu sie fug und recht haben, widderumb kommen mochten. Darauf wir E.L. freuntlicher meynung diese attwurt geben, das uns leydt ist, das E.L. underthanen und anderen in solicher zeyt scheden zugefugt worden sindt, doch den unsern alwegen meherer und weniger überwyntlicher begegnet. Derhalben wir was in krigsleuften geschehen, niemants nichs zu erstatten wissen, dan wir auch sampt unsern unterthanen soliche tragen mussten.

Was aber das geschucz betrefft, haben wir den von Braunsberg uff yr mundtlich antragen ungeverlichen vor eynem iar unsere antwurt und endtlichen bescheydt gegeben, des sie sich an zweyfel wol zu erinnern wissen. Dobeia¹⁾ wirs auch nochmals beruhen lassen, dann wir mitnichten wissens darumb haben und uns gleicherley weis vil geschucz awssenblieben, das wir auch dermasen entberen mussten.

Was aber die zweytawssentachthundert und achzig marck anlangt, haben wir uns desselbigenmals auch unser meynung gegen sie vernem lassen. Diweil sie aber derselbigen noch nit gesetigt, sonder sich uff den edlen unsern lieben, getrewen Friderichen, hern zu Heydeck, beruffen, als solt er inen von unsertwegen solich geldt zu bezalen zugesagt haben, darumb wir doch, sovil wir uns erinnern konnen, keyn wissenschaft tragen, wollen wir gern uff soliche ir fleyssigk ansuchen und zuvor angesehen E.L. vorschrift dem gemelten Friderichen, hern zu Heydeck, derhalben schreiben lassen, uns von im der sachen grundlichen erfahren und alsdann denselben E.L. uterthanen uff yr ferner bey uns anregen eyn endlich antwurt geben.

Verner, wie E.L. des dorffs halben Eysenburg vermeldet, wollen wir hierauf den thumbhern eyn tag, als nemlich VIII tag noch Simonis und Jude, alhir zu Konisberg angeseczt haben, uff welche zeyt ire geschickte

und volmechtige hieher schicken mogen. Alsdann wollen wir mit uns inen solicher sache halben unddereden und handelen, uns auch vermag der pillickeyt fynden lassen.

Leczlich was belangt dye zynser der pristerschaft der pfarkirchen zu Heylsberg, seyndt wir urputig, unser armen underthanen an verzug der halben beschreiben ze lassen von inen die ursachen, warumb sie solche zyns bisher nit geben, anzuhoren, und alsdann uff gemelther pristerschaft weiter ansuchen uns mit endlicher antwurt vornehmen lassen, haben wir uff E.L. schreiben, der wir mit freuntlicher wilfarung geneigt, guter wolt meynung nit bergen wollen. Datum.

- a) *sequitur expunctum*: gegeben des sie sich
an zweifel wol
1) *Mauritius Ferber.*

N. 97.

s.l. 20.X.1526.

Albertus dux in Prussia

Iacobo Kamp

una cum ducissa pro simia eis dono missa gratias agunt.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 12.

N. 98.

E Regio Monte, 6. XI.1526.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*oratores suos in re monetaria ad regem Petricoviam mittit, sed scire
cupit, an rex forte alibi eos audire velit.*

Cfr. El. XXX, N. 34.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 161-162.

De re monetaria.

S[alutatio].

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Ita conventum erat inter Sacram Regiam Maiestatem et me, ut in re monetaria, posteaquam ad Ordines Ducatus Prussiae in publicis Pruthenicis Comitiis Regiae Vestrae Maiestatis animum retulisse, eidem per Oratores meos, quam primum id fieri posset, animum meum et subditorum ante Divi Martini solennia Cracoviae detegarem. Id quidem nunc Comitiis soluti satagebam. Verum quum certior fierem Comitia Regia Petrcoviae circa Divi Andreae, Apostoli Christi, solennia fore, consultius duxi eosdem Oratores meo omniumque Ordinum Ducatus Prussiae nomine mittendos, Regiam Vestram Maiestatem Petercoviae salutare et convenire. Neque enim negotia mea et res ipsa absque incommodo nostro

passa sunt maturiorem conventum in Prussia celebrari. Quo effectum est, ut legatio mea Sacrae Regiae Vestrae Maiestatis Cracoviae abitio nem antevertere non potuerit.

Quod si malit Regia Vestra Maiestas alio, quam Petercoviae, a Legatis meis conveniri, rogo plurimum, dignetur eadem me eius rei certiorum facere. Evidem studeo Regiae Vestrae Maiestati, Domino et parenti meo et pio et amantissimo, obsequundare. Cui me filium et subditum unice commendo. Valeat Regia Vestra Maiestas quam foelicissime. Datum ex Konigsbergio ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 6 Novembbris.

N. 99.

E Regio Monte, 6. XI.1526.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
transmittit exemplum litterarum confoederationis inter Poloniae et Da-
niae reges initae.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 162-163.

De confedereratione Regis Danorum et Principis Prussiae etc.

S[alutatio].

Magnifice Domine et Frater Charissime.

Transmittimus Magnificentiae Vestrae hic exemplum literarum con federationis inter Illustrissimos Dominos Poloniae ac Daciae¹⁾ Reges eri gendarum. Quod fere ad formam veterum literarum Regis Ioannis Daciae etc. conscriptum est, unica clausula de conscribendis militibus addita. Et quoniam nos antehac cum Regia Maiestate ea de re locuti sumus, petimus Magnificentiam Vestram, eadem velit huiusmodi literas con federationis et videndi et legendi causa Regiae Maiestati ostendere et eiusdem Regiae Maiestatis animum hac in re et mentem, quidve vel addendum vel minuendum in hiis sit, discere nobisque ea omnia per literas, quam primum id fieri possit, significare. In hoc rogamus operam et diligentiam vestram. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum de Schydlowyetz,
ut supra.

1) *Fridericus I.*

N. 100.

E Regio Monte, 8.XI.1526.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
commendat oratores suos ad regem de re monetaria missos et rogat, ut
negotium fratris sui, marchionis Gulielmi, promoveatur.

Cfr. El XXXIV, N. 63.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 160-161.

Cedula.

In re monetaria, deinde de negotio Marchionis Wilhelmi.
S[alutatio].

Magnifice Domine, Frater amantissime.

Statuimus animo propediem Oratores nostros ad Regiam Maiestatem mittere, qui rem monetariam agant. Plurimum rogamus Magnificentiam Vestram, eosdem nostro et nostrorum nomine commendatos habeat. Publica causa est ac proinde merita ab omnibus aequa lance, ut dicitur, perpendi. Id, quod Magnificentiam Vestram facturam non dubitamus.

Insuper angit nos magnopere fratris Marchionis Wilhelmi negotium. Et qui fieret, ut a carne caro, a sanguine sanguis non amaretur? Quum et a Sacra Scriptura proditum sit: Neminem unquam carnem suam odisse. Accedit ad hoc rei, ut nobis videtur, alioqui desyderabilis, si non adesset oportunitas, quod virgo illustris, nubilis et terra adprime frugifera maritum et praesidem aliquem desyderare videntur. Neque sumus obliiti Regiae Maiestatis benignissimi responsi, nobis primum id potentibus facti. Rogamus igitur Magnificentiam Vestram, Amate mi Frater, eadem studium suum in promovendo hoc fratris nostri communis negotio non intermittat. Egregia et tanto viro digna laus erit adiuvasse Marchiones Brandenburgenses, eum in modum Regno Poloniae, vel sanguinis propinquitate tacita, addictos obnoxiosque. Unice post Regiam Maiestatem Magnificentiae Vestrae fidimus.

Preterea scribit nobis Magnificentia Vestra, ut deinceps Regiae Maiestati inscriberemus eas literas, quas ante, bono certe animo, nempe frater ad fratrem. Id, quod Inclytissimi Regni Poloniae necessitas volebat, scripsimus. Certi, quod Regiae Maiestatis tam intimus et suspiciendus Consiliarius Maiestati Suae nihil obticeret. Nunc autem admoniti, sequamur libenter consilium Magnificentiae Vestrae, immo et gratiam agimus. Consilium autem, quod a nobis petit Magnificentia Vestra, brevi mittemus. Iam iam enim accepimus literas ab Illustri Principe Duce Fridericho Lignicensi. Offitio itaque nostro non deerimus et nos Magnificentiae Vestrae, optimo fratri, plurimum commendamus, quem et amamus synceriter et unice. Valeat Magnificentia Vestra cum inclyta coniuge¹⁾ et liberis dulcissimis. Datum ex Konigsbergio, 8 Novembris 1526.

*In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum a Schydlowyetz,
8 Novembris.*

1) *Sophia de Targowisko.*

N. 101.

E Regio Monte, 26.XI.1526.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Wieczwiński, castellano Plocensi,
de sedato tumultu rusticorum nuntiat; de litteris imperatoris ad regem
Poloniae datis gaudet; desideratas copias antiquorum privilegiorum
ob multa negotia mittere se non potuisse significat.*

Ostpr. Fol. 48, ff. 163-165.

De tumultu rusticorum.

S[alutatio].

Legimus literas Magnificentiae Vestrae, quae nobis multis modis gratae fuerunt, tum quod indicabant manifestis argumentis benevolentiam Magnificentiae Vestrae erga nos, quibuscum foeliciter agi cupitis, tum

quod sana consilia attulere ad prudenter agendum his temporibus, quae inter alia mala inprovidam multitudinem impellunt caeco furore ad cupiditatem inconcessae noxiaeque in rebus publicis libertatis. Nos pro istiusmodi Magnificentiae Vestrae humanitate magnas gratias et habemus et agimus. Si unquam dabitur occasio pro vice referendae mutuae benevolentiae, sic nos geremus erga Magnificentiam Vestram, uti decet ingenuum fidique pectoris Principem, ne poeniteat Magnificentiam Vestram benefitiis priori loco certasse.

Versatur gratulatio Magnificentiae Vestrae de sedato tumultu rusticorum, et recte quidem gratulatur. Evidem sine multo sanguine extincta est factio illa, non solum his terris, verum etiam omnibus accolis perniciosa. Arbitramur observatam viam medianam inter nimiam severitatem et periculosam clementiam. Auctores malorum capitaliores puniti sunt ultimo suppicio. Inprovidae multitudini imposuimus frenas cohibentes a licentia. Bonum finem e malo initio nemini acceptum ferimus nisi divino consilio. Nos in tam periculo tumulti recutiebamus. Vos, praeclarri viri Inlyti Regni Poloniae, omni consilio et prudentia obstate pravis conatibus in Conventu vestro, quem propediem estis celebraturi. Cupimus etenim Regiam Maiestatem et totum eius Regnum a Deo Optimo Maximo foeliciter fortunari.

Exemplum literarum Caesareae Maiestatis¹⁾ ad Regiam Celsitudinem nobis singulare gaudium attulit. Est enim eiusmodi, quod amicitiam inter tanta Christiani Orbis capita promittit. Unde nemo^{a)} debet non gratulari, nisi qui discordiam pro concordia in votis habet. In humana societate haec pia unanimitas terrori erit inimicis christiani nominis et tutelae nostris hominibus, presertim Regni Hungarici, tot incommodis perturbati. Faciat Deus, ut id rite procedat, quod de hoc Regno Posonii consultationibus tractabitur.

Quod Magnificentia Vestra adhortatur nos de mittendis copiis antiquorum privilegiorum, quandam Ordini concessorum etc., sciat Magnificentia Vestra nos hactenus tot improvisisque negotiis fuisse distractos, ut ordinate de ea re nihil potuerimus componere. Nunc dabitur opera, ne ea pars communis contractus diutius protrahetur^{z)}. Si quid se obtulerit, quod nos scire referet, vel etiam rerum novarum, id, rogamus, Magnificentia Vestra nobiscum communicet. Bene valeat Magnificentia Vestra. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Ioannem de Vieczuna in Carnisin Heredem etc., XXVI Novembris.

a) sequitur expunctum: non

z) sic in ms.

1) Carolus V.

1527

N. 102.

E Regio Monte, 1.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
Achatio Czema, capitaneo Sluchoviensi,
de legatis suis ad Comitia terrarum Prussiae Braunsbergam mittendis;
de rebus aliis oretenus tractandis.
Ostpr. Fol., vol. 42, f. 16.*

An Achacien Zemen den ersten tag Januarii.
Unsern gunstigen grus zuvor.
Edler, besonder lieber.

Aus eurem schreiben, so ir uns yezo zugeschickt, haben wir undter andern vernomen, wes ir uns der kunftigen tagsazung gen Braunsperc, auf Trium Regum beraumbt, geschrieben. Wollen auch hierauf gnediger meinung nit bergen, das wir unsre botschaft auf gemelten tag doselbst hin zu fertigen willens und daneben gelegenheit desselben handels anzaigen lassen. Was aber die andern articul anlangt, wollen wir dieselben bis uff ewr ankunft beruhen lassen und alsdan der notdorft nach miteynander undterreden haben. Auch yezo bevolhen nach denselben dorffern zehenden und andern mit vleys zu suchen und was also befunden wurdt, das euch diinstlich seyn mag, soll euch auf ewr zukunft unverhalten pleyben.

Der neuen zeitung halb thun wir uns bedancken. Haben auch dieselbige gleicher gestalt von unserm freuntlichen lieben bruder, marggraven Cazimire, vernomen. Wolten wir euch gnediger meinung auf eur schreyben vormeldt^{a)} unangezaigt haben. Datum Konigsperc den ersten Januarii anno etc. XXVII^{sten} jar.

In initio epistolae in margine: An Achacien Zemen.

a) in margine.

N. 103.

E Regio Monte, 3.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Kiežgajto, castellano Vilnensi, capitaneo Samogitiae,
pro Paulo Milisch, secretario suo, et eius genero intercedit, ut in silva
Georgenburgensi (Jorgenburgischer walt) ligna caedere et cineres con-
ficere possint.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 7-8.*

N. 104.

E Regio Monte, 4.I.1527 (in ms. 1526)..

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de testamento Dominici Wagner, civis Braunsbergensis, et de controversia
ob idem testamentum orta inter Alexandrum (Sander) de Loyden,
ultimi heredis eiusdem Dominici Wagner, Matthiae Wagner presbyteri
surdi et senio confecti, curatorem, et Martinum Demler, longinquum
testatoris affinem.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 167-170.*

N. 105.

E Regio Monte, 4.I.1527 (in ms. 1526)..

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Petro Rittaw, cive Braunsbergensi, a Stephano Matthy, eiusdem op-
pidi cive, nunquam contracti cum eo debiti ducentarum marcarum
accusato, cui Senatus Braunsbergensis, nisi hoc fictum debitum sol-
vat, carcerem minatur, intercedit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 166-167.*

N. 106.

E Regio Monte, 4.I.1527..

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro sacerdotibus captivis iam a rege libertate donatis, sed nondum li-
beratis.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, f. 177.*

N. 107.

E Regio Monte, 4.I.1527..

*Albertus dux in Prussia
Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,
de fraternitatis foedere inter se inito et de propositis matrimonii fratris
sui, Gulielmi marchionis Brandenburgensis, cum Anna duce Masoviae.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 178-179.*

N. 108.

E Regio Monte, 4.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro captivis Iacobo Gurd et Henrico quodam, Graudentii in carcere de-
tentis, rogat, ut eis rex culpam ignoscat et e carcere dimitti iubeat.
(Latine)*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 180-182.

N. 109.

E Regio Monte, 4.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de temporibus, «horrenda multa» ferentibus; de novis acceptis; de pro-
movendo negotio fratris sui, Gulielmi marchionis Brandenburgensis;
de sacerdotibus captivis liberandis.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 182-184.

N. 110.

E Regio Monte, 4.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
Andreae Tęczyński, palatino Sandomiriensi,
negotium matrimoniale marchionis Gulielmi commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 184-185.

N. 111.

E Regio Monte, 4.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
archiepiscopo Gnesnensi [Ioanni Łaski]
causam matrimonii marchionis Gulielmi cum Anna ducissa Masoviae
commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 179-180.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
expedit responsum ad petitionem Casimiri et Georgii marchionum in ne-
gotio dotis maternae regi porrectam.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 173-174.*

In causa dotis maternae, quam Domini Casimirus et Georgius, Marchiones Brandenburgenses ,a Rege Poloniae postularunt.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Illustrissimi Principes Casimirus et Georgius, Marchiones Brandenburgenses, fratres mei amantissimi, maternam¹⁾ dotem, XXXII scilicet milia aureorum Hungaricorum cum damnis et interesse medii temporis, a Regia Vestra Maiestate petierunt Marienburgii per Consiliarium et Oratorem suum, Generosum Dominum Ioannem a Schwartzenberg. Ubi tunc ego, pro mea in Regiam Vestram Maiestatem observantia, Reverendo Domino Episcopo Cracoviensi²⁾, simul et Magnifico Domino Christofero a Schidlowietz, Regni Vestrae Maiestatis Supremo Cancellario, in hanc rem propositis Consiliariis, consilium, quod tum succurrebat, detexi meum. Quae omnia procul dubio Regiae Maiestati Vestrae memoria non exciderunt.

Quae autem interim apud^{a)} fratres meos per me et praefatum Oratorem literis acta sint, quid illi responderint, quo animo tulerint Regiae Vestrae Maiestatis responsum, quid deliberaverint tamen atque quid ego suadeam, multis scripsi ad Magnificum Dominum Christoferum, certus omnia eundem communicaturum cum Regia Vestra Maiestate, quippe cum Vestrae Maiestatis sit negotium. Quare Regiam Vestram Maiestatem magnopere peto, rogo atque oro, dignetur pro regia clementia prudenterque negotium hoc ita perpendere, quemadmodum hoc et aequitas suadet et Illustrissimorum Principum fratrum necessitas exposcit, quo tam Regiae Vestrae Maiestati quam illis commoda aliqua concordia inveniri peragique possit. Id quod ego rursum pro constantissima eaque obsequiosissima mea voluntate erga Regiam Vestram Maiestatem demererri non negligam. Peto autem clemens responsum tam ad haec quam ea, quae Magnificus Dominus Christoferus a Schydlowyetz Illustrissimorum fratrum nomine itemque meo ad Regiam Vestram Maiestatem referet. Quam in Domino et Salvatore nostro quam optime valere et quam foelicissime imperare piis votis exopto. Cui et me unice, filium parenti, obedientem Principem Regi, commendo. Datum ex Konigsbergio, 6 Ianuarii, anno 1527.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 6 mensis Ianuarii.

a) supra lineam.

1) agitur de Sophia Jagellonica, sorore Sigismundi I.

2) Petrus Tomicki.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de negotio dotis maternae Casimiri et Georgii marchionum Branden-
burgensium.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 174-176.

S[alutatio]...

...Proinde rogamus Magnificentiam Vestram vehementer, ut in hiis ipsis Comitiis apud Regiam Maiestatem memor sit huius rei, presertim autem consilii nostri de delendo aut aequando hoc debito civitate aut locis aliquibus terrarum Ducatus Mazoviae, ut scilicet Regia Maiestas cum Ordinibus deliberet, an hoc modo^{a)}, parte scilicet locorum Ducatus Mazoviae alienata, debiti exolutio facienda sit, et qua nominatim parte. Quod si Regia Maiestas constituerit hoc modo praedicto de compensacione debiti tractari et agi, significet hoc nobis Magnificentia Vestra. Neque autem petimus antea, quam adveniemus, significari nobis, quo modo Regiae Maiestati cum suis convenerit, sed an convenerit. Atque nos simul cum Domino Ioanne de Schwartzenberg, ob hanc rem a fratribus misso, quem et in hoc tenemus, advolabimus, quo de huiusmodi compensatione et aequatione fidelius commodiusque tractetur.

Quod si vel tunc nostra negotia nos ire non sinerent, addituri sumus ei certos Consiliarios nostros. Quod si Regia Maiestas animum mutasset malletque pecunia debitum hoc delere tollerabilibus tempore et loco, atque ut de his constituendis, simul et de damnis et interesse diminuendis conveniretur agereturque, ad eam ipsam rem nos operam diligentiamque nostram pollicemur. Nam pro nostra in Regiam Maiestatem observantia et fide proque necessitudine et sanguine, quo et Regiae Maiestati et fratribus coniungimur, nihil mallemus, quam ita hanc rem componi, ne utra pars aequos mediatores desyderaret. Ad quam rem constituendam omnem operam, studium consiliumque nostrum offerimus. Neque enim minus vellemus Illustrissimos amantissimosque nostros fratres a Regia Maiestate ac nos ipsos diligi amarique. Vestrae itaque Magnificentiae eximiam prudentiam, auctoritatem apud Regiam Maiestatem maximam, amoremque denique in nos summum fraternumque obtestor, utatur illibata sua constantia, qua perpetua, sancta quoque foelicitate quadam in componendis negotiis claret, ut hoc quoque negotio prudentia vestra moderato Inclita Domus Brandenburgensis et Sacrae Regiae Maiestati et Magnificentiae Vestrae, sua utrique mensura, amplius debeat. Petimus autem Magnificentiae Vestrae his de rebus omnibus certum hoc nuntio responsum. Quam unice Deo Optimo Maximo commendamus. Datum Konigsbergii, sexto die Ianuarii, anno etc. 27.

Sub textu: Causam Sander de Loydenn et Petri Rittaw vide in fine huius anni*).

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum Schydlowyetz 6. mensis Ianuarii.

a) in ms. mod

* Cfr. N.N. 104, 105.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de Severini Norby, classi Danicae praefecti, ad magnum ducem Moscoviae
fuga eiusque technis una cum magistro Livoniae struendis.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 186-187.

De Severino Norby, qui ad Magnum Moscovitarum Ducem fugit etc.
De Magistro Livoniae et Rege Danorum.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Serenissimus Rex Danorum^{1) a)}, Gottorum Sclavorumque etc., Dominus et socer meus amicissimus, compertum habet Severinum Norby, Maiestatis Suae subditum, ad Magnum Ducem Moscoviae²⁾ profugisse pro comparando subsidio restituendi Regis Cristierni exilis. Eamque ob rem mittit Duci Moscovitarum idem Serenissimus Rex, Dominus et socer meus, literas, quarum exemplum, uti a Maiestate Sua mihi missum est, Regia Vestra Maiestas accipit hiis presentibus adiunctum. Magnum itaque in modum vel Serenissimi Regis soceris³⁾ nostri nomine rogo, primum ne divulget hand ipsam rem, deinde studeat Regia Vestra Maiestas a Moscovitarum Principe literis, casu aliquo nuntio oblato, impetrare, quo desyderio et voluntati Inlyti Danorum Regis satisfiat, vel hac causa, quod nedum publica fama, sed et res ipsa docet dictum Severinum Norby, ut natam pestem, et terra et mari nocere hominibus.

Praeterea ego intellexi eidem cum Magistro Livoniae⁴⁾ belle convenire, atque adeo ut exercitum quendam conscribant. Magistrum quoque Livoniae iam secundo populum suum ad arma vocasse, eundemque Severinum Norby in confinibus Russiae, vulgo Russorum Nerbae, armata manu considere, etsi ignorem, in cuius malum struatur haec techna. Adiuvat famam hanc, quod ex Datia mihi scribitur sexcentos pedites Magistro equitum Regis dona pollicitos, si eosdem transvehi pateretur. Quod ille tamen, qui Regis in me est amor et necessitudo, permittere rennuit. Quarum rerum noluimus Regiam Vestram Maiestatem ignorantem esse. Quinimo peto atque oro, Regia Vestra Maiestas dignetur apud Illustrissimum Ducem Pomeraniae⁵⁾ literis agere, ne vel isthic vadum inveniant pedites, aut hii aut alii. Demum Regiam Vestram Maiestatem commonefacio Oratorum Caesareae Maiestatis⁶⁾ et Pontificis Romani⁶⁾, ne hii quoque cum Principe Moscovitarum quid machinati sint, quod ignorantibus nobis aliquando nocere possit. Hoc meum in Rempublicam florentissimi Polonici Regni tuendam studium, quod et iussus sum, nunquam intermittam... Datum ut supra.

Schedula.

In Livonia exploratum habeo indubiam multis famam esse, Regiam Vestram Maiestatem e vivis excessisse. Unde et suspicantur Magistrum Livoniae arma ciere, vel in Prussiam ob defunctum Regem, ut existimant, consilii, auxili virumque inopem, vel in vicinos suos.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 10 Ianuarii 1527.

a) *supra lineam.*

3) *Valterus a Plettenberg.*

z) *sic in ma.*

4) *Barnim IX.*

1) *Fridericus I.*

5) *Carolus V.*

2) *Basilius Ioannides.*

6) *Clemens VII.*

N. 115

E Regio Monte, 10.I.1527

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]
nomine regis Daniae Friderici I expedit salvum conductum oratoribus
eiusdem regis ad magnum ducem Moscoviae iter facturis.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 43, f. 8.*

N. 116.

Cordin, 10.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
Felici Brzeski, palatino et vicesgerenti Ducatus Masoviae, aliisque eiusdem
Ducatus consiliariis
de negotio trium fratrum Pawłoczyński (Paulozinsski), qui in bonis Fride-
risci ab Heydeck, consiliarii sui, violentias et damna patrarunt et in
carcerem coniecti sunt.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 9-10.*

N. 117.

E Regio Monte, 14.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
Carolo V imperatori
exponit rationes, quibus ad commutationem status sui et Ordinis Theuto-
nici desertionem adductus sit.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 188-192.*

Purgat se de immutatione status.

Invictissime, Gloriosissime Augustissimeque Caesar, Domine Clemen-
tissime, praeque omnibus mortalibus ceu numen aliquod in terris mihi
Colende.

Quicquid est, quod obediendo, inserviendo, obsequendo prestare pos-
sum, illud totum, Sacratissime Caesar, Vestrae Maiestati volens libensque
dedico. Augustissime Caesar, nisi tam longa esset via, harum literarum
loco contulisse memet ad sacratissimum conspectum Caesareae Ves-
triae Maiestatis, nec dubitarem caesareum animum ceu benignum sydus
in causa, qua gravor, mihi affulsurum. Verum quando peregrinatio longin-
qua non sinit, suppliciter oro precorque, Sacratissima Caesarea Vestra
Maiestas dignetur proprias aures suas scriptis meis clementer patefacere.

Proximis Comitiis Imperialibus Spirae coactis, vulgo disseminata est
a Reverendo Teutonici Ordinis Magistro¹⁾, nesciente me nec presente,
scriptura quaedam, qua commutationem conditionis meae et regionis Bo-
russiae, licet necessitate partam, sic odiose recenset et interpretatur ille,
uti magnum mihi periculum inde conflare intendat. Rapere enim me stu-
det in odium omnium Ordinum Sacri Romani Imperii. Inprimis vero con-
citare mihi conatur indignationem Sacratissimae Caesareae Vestrae Maies-
tatis, apud quam praeterea, quod certa relatione intellexi, privatum me
eadem de causa accusavit. Qua de re ideo perturbabar, ut totam vitam

acerbam duxissem, nisi innocentiam meam veridica responsione publicitus testatam facerem apud Serenissimum Archiducem Austriae Domini num Ferdinandum, Bohemiae Regem, Romani Imperii Vicarium Sacro-sanctum etc., Dominum meum clementissimum, caeterosque Status et Ordines Imperii. Eam item responsionem meam ad sacratissimas Caesareae Vestrae Maiestatis manus mitto. Utinam tam facile inter tot curas occupationesque vacet Divo Caesari, terrarum Domino, quam vere ego causam defendi, fierent profecto iam acta transacta omnia, nec ulla ex parte formidarem delationem accusatoris. Sed benignus Caesar, ut alteram aurium accommodavit accusatoribus meis, ita alteram reservavit meae defensioni.

Scio inter alia crimina, quibus accusor, in reprehensionem rapi, quod professionem Teutonici Ordinis deserui, quod Borussiam ab Romano Imperio, ut culpant, alienavi, quod Germanam nobilitatem suo communi hospitali et perfugio spoliavi, provintia mihi vendicata. Atqui quam illa non integre dicuntur, quam non cum observata religione veritatis proferuntur, abunde ostendit mea responsio, quam ut Augustissima Vestra Caesarea Maiestas dignetur legere, quam humillime precor. Quae contra hec dissenserui, nemo, quantumlibet contentiosus, potest vel minima ex parte convellere. Tamen propter bonitatem causae meae concedo, extra defensionem ponantur illa, quasi nil valeant, licet sint omnium valentissima. Sit igitur verissima adversariorum accusatio, licet graviter aberrat, unum tamen illud, quod miserae regioni, reliquis populi pacem peperi, circa iacturam Romani Imperii, absque contemptu sacratissimi caesarei vestri honoris sive damno Germanae nobilitatis, consideretur ratio facti. Laudabilius, sanctius et christianius est, quam totum illud, quicquid contra factum producere queant adversarii mei.

A quo tempore intraverunt in hanc regionem subactam a se militares Fratres, nunquam vel perquam paucis annis cessarunt bella. Unde secta est res omnino prepostera, quod infoelix regio sub christianis semper extiterit vastata miserum in modum, quae incolentibus adhuc aethnici pace et populositate foeliciter floruit, quam occasionem bellorum nunc rescidi ac spem, Domino donante, calamitosae provintiae post tot annos reparandi sese procuravi. Neque enim poterat alio modo huic miserae regioni pax conciliari. Nam tanto tempore, tanta vigilancia et sedulitate totiesque frustra implorato auxilio Germaniae universae, Ordinis item Teutonici, frustra quoque tum a Serenissimo Archiduce Austriae, cum ab aliis apud Regiam Dignitatem Poloniae saltem induitis longioribus petitis, aut rursum cum potentissimo Polonorum Rege mihi manus conserenda (quod tamen prohibuerat mihi Caesarea Vestra Maiestas), aut terrarum Prussiae exitium spectandum erat.

Quom autem eadem pax absque innovatione terrarum Prussiae et Ordinis desertione constare non potuerat, satis superque ostendi docuique mea in reprehensione. Si penderentur hinc caesareo fisco quotannis multa milia aureorum nummum, cum calamitate tamen populi, dubium tum non esset, quin Christianissima Caesarea Vestra Maiestas, contempto auro, preferret populi salutem. Iam vero quando caesareo fisco ne obulus quidem per meam innovationem depereat, quae intemperies est accusorum propter commodum proprium accusare, culpare, vituperare pacem diu speratam populo? qua nil potest in Christiana Republica parari expetiblius, sine qua tam esse possumus christiani, quam corpus sine anima vivere. Et mehercle vix ulla pax tam iniquis conditionibus initur, quin sanctior sit iustissimo bello.

Verum de hac re in brevibus literis inconsultum est disputare. Di-
cam, quod maxime consolatur me apud Caesaream Vestram Clementiam,
quo obsequio, qua fide, quibus impensis, qua strenuitate officiorum Fa-
milia nostra Brandenburgensis tum apud maiores, tum nostra aetate Il-
lustrissimae Domui Archiducum Austriae, Regibus Imperatoribusque, qui
hinc prodierunt, studium operamque suam utroque tempore, et pacis et
belli, prompte impenderit. Res notior est, quam quod egeat testimonio.
Novit id et saepe memoriter recitavit sanctae recordationis Divus Ma-
ximilianus. Nec in ulla ambiguitate pono, quin Sacratissima Caesarea
Vestra Maiestas, a tam claro nobilique sanguine ortum dicens, illud idem
cognitum habeat, quod maiores non ignorarunt. Quae res abunde mihi
sufficit ad conciliandum caesareum favorem, etsi caetera deessent, con-
tra invidiam accusatorum. Nam quantula erit portio officiorum ab Ordine
Militari Sacro Romano Imperio impensa, cum nostris collata? Etsi aequa-
ret, multis tamen modis preponderarent nostra.

Cupio autem vestigis meorum maiorum insistere, nec digitum latum
ab illis degenerare, quatenus virium mearum et aequitatis ratio postu-
labit, vel potius hanc vitam amittere. Non gravabor, cum ratio postulabit,
pro Augustissima Caesarea Vestra Maiestate, pro Sacratissimo Romano
Imperio, sub quo natus, educatus, altus sum, hoc caput, hoc pectus, hoc
corpus, hanc animam opponere. Utinam autem accusatores mei tam acres
propugnatores mecum extitissent, dum regio armis et fortitudine fuit
defendenda, quam nunc sunt violenti accusatores, melius habuissent misse-
ri et res mea staret loco fortunatiore. Sed aliud est pugnare pro subditis,
aliud accusare pacem partam subditis. Igitur perpendat rem totam Augus-
tissima Caesarea Vestra Maiestas clementi prudentia, et nil hesitabo, quid
christianissimus Princeps collata accusatione adversariorum cum respon-
sione pronunciatur sit, quod iustum, aequum christianumque fuerit.
Et pro innata sua bonitate prosecuturus sit me eo favore, quem maiores
mei semper experti sunt ab Archiducibus Austriae, Regibus et Impera-
toribus hinc ortis. Conservet Dominus quam diutissime incolumem Sacra-
tissimam Caesaream Vestram Maiestatem, adspiret quoque victoriam con-
tra universos hostes, quo tandem aliquando sperata pace perfruamur in
Republica Christiana ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei. Datum Ko-
nigsbergii, die et anno, quibus supra.

In margine in initio scripti: Ad Caesaream Maiestatem, 14 Ianuarii.

1) *Theodoricus de Klee.*

N. 118.

E Regio Monte, 15.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschatz
de re monetaria.*

Cfr. El. XLVI, N. 8.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 16-17v.

An Nickel Niptisch 15 Januarii.

Unsern grus zuvor.

Lieber, getrewer.

Wes am jungsten unser und unser gemeiner landschaft botschafter
bey ko.mt. zu Polen, unserm gnedigsten herren, zu Cracau gehandelt,

auch derhalb ein instruccion überantwort haben die muncz betreffendt, auch wes inen derhalben vonwegen ko.mt. damals fur eyn antwurt und abschid gegeben ist, der sich entlich darauf erstreckt, das ko.mt. solchs weyter beratschlagen und furter in solchen sachen einen tag in Preussen bestymmen und uns denselben auch verkunden wolle, und was weyters solchen unsern gesanten doneben begegent ist, das alles hastu gut wissen. Nun sind wir jeder hoffnung, ko.mt. werde in gemeldter unsern überantworten instruccion so gleichmessige, zimliche, notturftige und billiche furschleg und erbitten finden, das sich ir mt. darauf mit uns und unser landtschaft genedigk vergleichen werde.

Wo aber du vormerckest, das ko.mt. solcher unser landtschaft untherthenige furschleg und erbieten nit annemen wolt, des wir uns doch nit verhoffen, und villeicht bey irer mt. oder derselben rethe fur beschwerlich angesehen werden, wolt das die bisher gemunzten zu geringen polnischen groschlin und polichen nach irem wert seczen zu lassen und mit aufgab zu nemen, wie dasselbig gemelte unser instruccion clerlich meldet und wir uns daryn erbieten, die pisher gemunzten zu geringen preussischen groschen gleicher weys nach irem werd auch seczen und nemen zu lassen etc. So haben wir bey uns selbs, doch on wissen und beratschlagung unser gemeinen landtschaft uff disen nachvollgenden weg gedacht.

Nemlich so ir ko.mt. die mittel in gemelter unser instruccion gestalt nit annemen wolt vonwegen obgemelter saczung und ausgabe der bisher gemunzten polichen und groschen etc., das du alsdann bey ko.mt. oder etlichen derselben rethen, do es dich verfenglich und gut bedunkt, gancz als fur dich selbst furschlagest, was die konig von Polen hievor gemunzt, das dieselbige muncz in ko.mt. konigreich und den landen ir mt. on mittel zustendig ganghaftig blibe abgethan oder gesetzt wurde, wie es ir ko.mt. gefiel, aber doch das in unserm furstenthumb zu Preussen wir und die unsren solcher hievor geschlagner polnische muncz fur werung zu nemen nit schuldig waren, und widerumb wes hievor durch uns und unser vorfare in Preussen gemunz, das dieselbige in ko.mt. konigreich und landen irer mt. on mittel zustendig jemant fur werung zu nemen auch nit schuldig were. Sonder in unserm furstenthumb dermas auch ganghaftig bliben, abgethan oder gesetz wurden, wie wir uns desselben mit unser landtschaft vereynigen. Aber die neuen groschen und muncz, so wir uns nach laut gemelter instruccion mit ko.mt. zu muncz vergleicht, durch was in Polen und Preussen allenthalben fur werung genomen und gegeben wurden, domit also keinen teyl uffgelegt^{a)} die alten muncz mit scheden zu brechen, oder aber mit aufgab zu seczen etc. Jedoch dieweil wir solch mittel mit unser gemeinen landtschaft noch nit beratschlagt, sonder wie obsteet, als fur uns selbst dermassen, wo es sonst an unser und unser landtschaft erbieten mangeln solt, im pesten bedacht, so will uns nit geburen hindter unser landtschaft dasselbig ycko entlich zu bewilligen. Wo es aber oberzelten mas aus deinem furschlag vonwegen ko.mt. an uns gelangen wurde, so wolten wir alsdann mit unser landtschaft auch mit vleis davon handlen, ob sie in solchen furschlag bewilligen wolten, damit wir darauf mit ko.mt. solcher muncz halben vergleicht wurden. Und wir haben bedacht, wo uff dem nechstkunftigen muncztag solchen furschlag geschehen solt, ehe der zuvor and ko.mt. durch mittel person, als ubsteet, gelanget, das dieselben verordenten zum muncztag vonwegen ko.mt. davon zu handlen keinen bevelch haben mochten und darumb dan zumal furzuschlagen unnuz oder verlengerlich sein wurde. Darumb wir dir hiebey solchs vertreulich und in geheim anzeigen. Da-

rauf die furter demselben nach dich bey ko.mt. oder derselben rethen mit weytern furschlag und handlung^{b)}, so du vermerckest, das es di notturft erforder will, als aus dir selbs wol zu schicken waist, darum thustu uns angenemen gefallen in gnaden zu erkennen. Und ist unser gnedigs begern, sovil du dich in diser sachen erfahren magst, das du uns zu eroffen geburt, du wollest uns solchs bey disem boten schreiben, damit wir, wes dy notturft erforder, davon mit unser landtschaft auch handlen mochten, ehe es zu ko.mt. nechstkonftigen angesaczten muncztag in Preussen kombt. Datum den 15 Januarii.

In initio epistolae in margine: Nickel Niptitzsch.

a) *sequitur expunctum:* wurden

b) *sequitur expunctum:* erfondern will

N. 119.

E Regio Monte, 16.I.1527.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
intercedit pro Ioanne Nimptsch, cive Gedanensi in carcere detento.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 192.

N. 120.

E Regio Monte, 16.I.1527.

Consiliarii Alberti ducis in Prussia

capitaneo Samogitiae [Stanislaw Janowicz Kiežgajło]

*de Ioanne Narbas et filio eius Petro, subditis regiis, a praefecto oppidi
Neuhausen in carcere detentis, qui « non solum carcerem..., sed multo
etiam maiorem poenam » meruerunt, ad regis tamen intercessionem
a se liberari iussis.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 193.

N. 121.

S.L., 22.I.1527.

Albertus dux in Prussia

episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]

*monetae suae praefectum in quibusdam negotiis ad eum mittit et com-
mendat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 9.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Ioanne Nimptsch intercedit, ut e carcere liberetur; denuo supplicat pro sacerdotibus captivis, vita donatis, sed nondum liberatis; de proscriptis et profugis Gedanensibus respondet se iuxta regis voluntatem se esse gesturum.

Cfr. El. XXX, NN. 40, 41.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 194-196.

Intercedit pro Ioanne Niemitsch. Item de sacerdotibus captivis deque proscriptione et profugis Gdanensibus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Ubi multi in idem crimen incurront, non potest non esse magna diversitas delinquentium, ut alius peccet ex malitia et proposito, aliis ex improvidentia, quidam illectus iniqua persuasione, quidam inconsulto consilio, quasi profuturo communi utilitati. Quod ipse in tumultu rusticorum plane animadvertis et Regiae Vestrae Maiestati abunde liquebat in perturbatione Reipublicae civitatis Gdanensis. Ubi cum essem apud Regiam Vestram Maiestatem, imploravit intercessionem meam pro liberando marito suo, nempe Ioanne Niemitsch, communis criminis reo, simplex ac erumnosa uxor. Quesivi diligenter de moribus, de fama, de vita anteacta captivi, et quantum testimonio multorum ac ferme publico didici, semper bonus pacificusque civis habitus est, nunquam non parens regii vestris mandatis. Unde facile erat cogitare illum magis ex imprudentia aut turbulentorum consilio, quam ex malitia aut studio nocendi peccasse. Quia de causa, et lamentantis mulieris voce^{a)} commotus, preces meas pro captivo interposui apud Regiam Vestram Maiestatem et id consecutus sum, ut delinquenti vita concessa sit, quae prius versabatur in dubio. Quo beneficio multum me devinxit Regia Vesta Maiestas.

Iam denuo occurrit mulier, vitam in acerbitate agens, sublatisque in coelum utrisque palmis, per misericordiam Dei precatur flens eiulansque, ut qui prius marito suo vitam orando impetraverim, idem nunc studeam secundo in squalenti carcere diu latitantem liberare ac per impetratam clementiam Regiae Vestrae Maiestatis asserere in communem lucem. Quapropter Optime Clementissime Rex, exaudiat me iterum Regia Vesta Bonitas. Si meis precibus peccanti vita concessa est, quaeso, ut vita sit vita, non poena. Certe in carcere vivere non est vivere, sed vitam dolere, quod prius cum multis peccavit ex incogitania, expiare potuit diuturnitas carceris. Hac ex parte satisfactum duco iustitiae, quae reliqua sunt, accommodentur clementiae et misericordiae. Qui miseretur pauperis, beatus erit, scriptum est. At captus multis modis est miser, scit uxorem vivere in summo merore, cruciant animum filii parvi et egentes, clamantes et desyderantes patrem miserum in modum. Propinqui atque amici, quoties in animum subeunt, cum summa mestitudine subeunt. Hec omnia carcerem, per se horrendum, faciunt ter carcerem. Quam ob rem, Clementissime Rex, si quid valent preces meae, si potest patrem filius flectere, oro precorque, intelligat misera foemina, experiantur erumnosi^{b)} pueri, sentiat muco carceris obsitus captivus intercessionem meam non esse vulgarem apud Regiam Vestram Maiestatem.

Et quod preterea non est pretereundum silentio, calamitosis sacer-

dotibus, quos Regia Vestra Maiestas ad preces meas servavit in vita et e carcere liberari iussit, manent eaedem erumnae, nec profuit hactenus miseris regia vestra ignoscencia, nec frequens exaudita mea precatio, quod ideo repeto, ut misereatur miserandis Regia Vestra et Benigna Clementia. Facere misericordiam et iuditium magis placet Domino quam victimae. Habuit iuditium suas partes et delinquentes potuerunt pro suis commissis victimae fieri, verum clementer condonavit commissum regia bonitas. Igitur reliquum est misericordiae munus.

Quae ob querelam Gdanensem de proscriptis et profugis mihi scribit Regia Vestra Maiestas, mihi curae erit sic amplecti voluntatem regiam, ut intelligent omnes summo me studio amputare, quaecunque videantur officere debitae obedientiae. Nunc precor, ut bene valeat Sacro-sancta Vestra Maiestas Regia. Cui cupio esse commendatus. Datum ut supra.

In initio scripti in margine: Ad Regem Poloniae, ultima Ianuarii.

a) *in ms. vice*

b) *sequitur expunctum: flili*

N. 123.

E Regio Monte, 31.I.1527.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de procerum Livoniensium machinationibus; de magistri Theutonici et ducis Brunsicensis in civitate Gedanensi, variis dissidiis et tumultibus agitata, moliminiibus; de calumniis magistri Theutonici in se per scripta sparsis (qua in re Apologiam latinam accludit).

Cfr. El. XXX. N. 41.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 196-198.

De innovatione rerum Borussiacarum. De Livonia. De doctrina Evangelica. De responsione, quam [ad] divulgatam scriptionem Magistri Teutonici dedit.

S[alutatio].

In magna difficultate semper extitit ubique terrarum ratio bene administrandarum rerum publicarum. Hec vero tempora pre aliis precipuam requirunt in administratoribus providentiam, quod ferme regionatim perturbari publicos status animadvertisimus, et pauci sunt, qui salutari paci ex integro studeant. Que perturbatio procul dubio nascitur ex peccatis nostris, corrigi nolentibus. Ego, pro parvitate prudentiae meae, communis utilitati prospiciens, subordinavi exploratorem quandam in Livonię, qui diligenter auscultaret, quid illic machinarentur magnates, quos sciam Regiae Vestrae Maiestati mihique propter novationem rerum Borussiacarum parum favere. Animadvertisit is ex sagaci indagatione fraudem satis callide instructam. Cui ni occuratur provide, periculum erit mali aliquid inde manaturum, quod Deus avertat.

Cum longe lateque fama dimanarit de publico statu Gedanensem, variis dissidiis labefactato, et ortae factiones coniurationesque per Regiam Vestram Maiestatem magis oppressae quam delatae credantur, quibus ferme magna ex parte pretextur doctrina evangelica, quam quidam sibi interdici graviter conqueruntur, visum fuit Teutonico Magistro¹⁾, simul et Erico Duci Brunsicensi occasionem sibi dari aliquid moliendi.

Placuit ergo ex deliberatione alicere ad se communem civitatis multititudinem, promittere liberam facultatem predicationis evangelicae, polliceri sufficientem defensionem contra vim Regiae Vestrae Maiestatis et cetera non negligere, que oportuna putantur ad commovendos populares animos, alioqui rerum novarum studiosos, atque istis artibus civitatem ex occasione occupare. Qua de causa missus est a Magistro Teutonico nuntius ad Magistrum Livoniensem²⁾ pro postulanda socia ope conficiendi propositi. Dedit ille certam vim pecuniae ad tentandum initium rei, plura daturus, si viderit secundam fortunam coepti, ut est homo innovationi isti vehementer infensus.

Facile est cogitare multas hic latere insidias, quas variis modis tentabunt ingredi, ut una fallente ad alias sese convertant. Duxi itaque esse meae fidei, qua Regno Polono devinctus sum, calliditatem illam Regiae Vestrae Maiestati indicare, quo fraudi providentia opponatur et tela previsa repercutiantur^{a)} facilius. Potest negotium committi gnaris et silentii tenacibus viris apud Dantiscanos, qui domi forisque sagaciter auscultent, quo sese machinatio sit inclinatura. Verum non doceo Regiam Vestram Maiestatem, sed ostendo offitium meum, cuius desertionem probrum duco.

Preterea palam facio Regiae Vestrae Maiestati, querelae loco, divulgata quadam schedula satis insidiouse tractatum me a Magistro Teutonico apud Ordines Romani Imperii. Cui iniuriae iam pridem respondi copiose Germanica Apologia, quam translatam in sermonem Latinum mitto nunc Regiae Vestrae Maiestati, ad quam pertinet pars accusationis illius. Sic autem temperavi defensionem, ut multa prudens preterierim modestiae causa. Si quid est, quod prudentia Regiae Vestrae Maiestatis dictu scriptuve ulterius utile putat, rogo tecum communicetur, futura autem silentio aut iusta responsione refutabo. Conservet divina bonitas quam diutissime incolumem Regiam Vestram Maiestatem. Cui me ceu filius patri commendo. Datum Konigsbergii ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, ultima Ianuarii.

a) *in ms. repercutantur.*

1) *Theodoricus de Klee.*

2) *Valterus a Plettenberg.*

N. 124.

E Regio Monte, 31.I.1527.

Albertus dux in Prussia

Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,
transmittit Apologiam, qua contumelias magistri Theutonici confutat;
rogat, ut promoveat negotium regundorum finium inter Ducatum
Prussiae et Samogitiam; refert rumorem de morte capitanei Samo-
gitiae, Stanislai [Janowicz Kiežgajlo].

Cfr. El. XXXIV, N. 71.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 198-199.

De responsione Magistro Teutonico¹⁾ data. De Supremo Capitaneo Samogitiae.

S[alutatio].

Ornatissime Presul, idemque Frater Venerande.

Constat Paternitati Vestrae nemini suas iniurias parvas videri, quamquam aliae aliis sint graviores. Certe audatia, qua nos lacessat Magister

Teutonicus, neutrumque levis contumelia est, oblique etiam mordens Regiam Maiestatem, tantopere aegre fert ille ex inimicitia pacem conflam, e calamitate subditorum partam spem bonam. Cui temeritati respondimus iam pridem edita defensione lingua nostrati, quam conversam in sermonem Latinum transmittimus Vestrae Paternitati, certo nobis persuadentes iniuriam illatam nobis partim suam putari a Reverendissima Vestra Paternitate, simul et ex lectione Apologiae colligat eadem Paternitas Vestra, quibus nobis in reliquo succurratur, si forte pergeret ille accusando molestus esse. Insuper ut et illud scribam, ratio postulat.

Vetus controversia est de finibus, quibus discernuntur inter se regio nostra et Samogithia. Foret e re utriusque partis item terminari, quod fieri potest citra difficultatem. Adsunt utrimque literae et contractus veteres, suos utriusque partis limites definientes. Magnificus Dominus Stanislaus²⁾, Summus Magistratus Samogithiae, promptum se ostendit ad compositionem, modo id fiat regio mandato, citra quod gravabatur negotio se intromittere. At, quantum norim, cordi est Regiae Maiestati tempestiva compositio. Petimus itaque labore et industria Reverendissimae Paternitatis Vestrae negotium promoveri apud Regiam Maiestatem. Tantum est, ut literis admoneat Serenissimus Rex Magnificum Dominum Stanislaum ad fines renovandos, et confecta res erit.

Caeterum venit huc fama, quam vehementer ementitam velimus, ipsum Dominum Stanislaum in venatione periisse. Quod si ita est, postulabit necessitas alium subrogari. Fuerit autem e re clementissimi Domini nostri Regis et terrarum Borussiae nos in locum eius Magistratus subrogari, quoniam hoc modo fieret, ut conatus et insidias inimicorum comodiis opprimeremus. Mira sunt, quae illi machinantur, quam callide insiduntur. Quae Reverendissima Vestra Paternitas animadvertere potest ex hiis, quae Domino nostro, Regiae Maiestati, indicamus. Studium et diligentiam Paternitatis Vestrae paratam mihi nil ambigo.

Similiter revocamus Reverendissimae Vestrae Paternitati in memoriam, quae superiori epistola scripsimus de fratre nostro, Marchione Wilhelmo. Quaesumus, pondus habeant. Ille huc se contulit gratissimus hospes. Reverendissimam Vestram Paternitatem diu sospitem custodiat Deus Optimus, Charissime Frater. Datum ut supra.

Sub textu: Simili modo ad Christoferum Schydlowietz, mutatis mutandis.

In margine in initio scripti: Ad Episcopum Cracoviensem, ultima Ianuarii.

1) *Theodoricus de Klee.*

2) *Janowicz Kiežgajlo.*

N. 125.

E Regio Monte, 31.I.1527.

*Albertus dux in Prussia
archiepiscopo Gnesnensi [Ioanni Łaski]
transmittit responsum magistro Ordinis datum; pro fratre Gulielmo
marchione Brandenburgensi intercedit.
Ostpr. Fol. vol. 48, f. 200.*

S[alutatio].

Plerunque talia sunt objecta crimina, ut facilius silentio et contemptu quam defensione confutantur. Persaepe etiam eius generis existunt, quod,

ni in tempore iusta responsione diluantur, ceu confessa reum prorsus infamant. Quo loco ducimus criminatricem schedulam Teutonici Magistri¹⁾, qua nos apud omnes Ordines Romani Imperii in odium conatur rapere. Huic obiecimus veredicam responsionem vernaculo nostrati pro tuendo^{a)} honore nostri nominis. Quam Latinitate donatam mittimus Reverendissimae Paternitati Vestrae, cui scimus placere aequa, nauseam afferi per improba, ac proinde promittimus nobis in ea re patrocinium Reverendissimae Paternitatis Vestrae. Quae nuper per literas precati sumus nomine fratris nostri Guilhelmi Marchionis, ea ut Reverendissima Paternitas Vestra studiose promoveat, iterum atque iterum rogamus. Foelicissime valeat Reverendissima Vestra Paternitas. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Archiepiscopum Gnezensem²⁾, ultima Ianuarii.

a) *in ms. tuend*

z) *sic in ms.*

1) *Theodoricus de Klee.*

N. 126.

E Regio Monte, 2.II.1527.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
in causa tolonei Kuckerneese (in ms. Guckerness).*

(Latine)

Cfr. El XXX, N. 41.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 200-201.

N. 127.

E Regio Monte, 2.II.1527.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
in causa tolonei Kuckerneese.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 201-202.

N. 128.

E Regio Monte, 7.II.1527.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
causas captivitatis canonicorum Pomesaniensium se in persona vel per
consiliarios suos regi relatarum esse significat.*

Cfr. El XXX, N. 44.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 203-204

De Canonicis Pomezaniensibus, qui in carcere detinentur etc.
Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Significavit mihi per literas Reverendus mihi dilectus Episcopus Pomezaniensis¹⁾, quae proximis literis Maiestas Vestra Regia Canonicorum

illius gratia scripsit, missis etiam ad me ipsis regiis literis. Quas utique iustas et aequas et ego pronunciarem statim, si sic haberet se res, quemadmodum suggesserunt Maiestati Vestrae illi, qui aut mihi male volunt, aut nimis cauti credulitate sua errarunt. Evidem non ignoro neque lictoribus, neque vinculis, ferro, igne, aqua aut furca quempiam ad fidem christianam coercendum. Id quod ut ipse non facio, ita a nemine fieri paterer aut subditorum aut Episcoporum meorum, quando hoc aethnicum est, minime christianum. Hactenus certe inter nos convenit, tum fateor me promisso Gdani curaturum diligenter, quo honesto et decenti modo ab Episcopo Canonicis provideretur, atque non inhumanos, ut christianismum sileam, iudicare, si alimonia fraudaremus nostros.

Verum dum hoc meditaremur nos, quid illi, obedientiae, iuramenti, fidei, religionis et pietatis immemores, nedum contra Episcopum suum, sed et adversum me moliti sint verbis, contumeliis, re ipsa factoque, hiis literis nolui committere, quando video rem ad Regiam Vestram Maiestatem iniquissime delatam, ne mentione quidem facta causarum multarum earumque arduarum, ob quas Canonicos ipsos absente Episcopo Pomezaniensi in custodiā, facinoribus illorum imparem, seduci iussimus. Et quoniam in negotio fratrum meorum^{a)} Regiam Vestram Maiestatem ipse conveniam, aut ex selectioribus meis Consiliariis mittam, distuli causas captivitatis illorum Regiae Vestrae Maiestati reddere, a me autem aut a Consiliariis accipiet Maiestas Vestra, quae vix bene aut tuto literis committi possunt aut debent. Quod si fratrum negotium neque meam neque Consiliariorum meorum praesentiam requiret, tamen huius cause necessitas non desyderabit meam per proprios Oratores iustissimam defensionem. Neque enim patiar apud Regiam Vestram Maiestatem eam insimulationem mihi adspergi immerito ignorantique. Interim obsequiose rogo, Maiestas Vestra Regia integritati notae plus credat quam caeteris calumniis. Regiae Vestrae Maiestati, Domino et parenti meo charissimo observandissimoque me unice commendando. Datum Konigsbergii, 7 Februarii 1527.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 7 Ianuarii^{b)}.

a) *in margine*: De negotio fratrum ratione doctris maternae.

z) *sic in ms.*

1) *Erhardus Queis.*

N. 129.

E Regio Monte, 7.II.1527.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
pro Stanislao Klauski alias Grabowski (in ms. Klausky alias Grobofsky)
intercedit, cui lis est cum quodam affine suo « nimis acri et intracta-
bili » de quibusdam bonis, ut ei ad hanc controversiam componendam
apud regem auxilio sit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 77.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 204-205.

N. 130.

S.L., 28.II.1527.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
ut debita sibi quotannis a rege «ex pactu» summa 4000 florenorum suo
nomine Michaeli Spiess, civi Cracoviensi, celerius tradatur.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 205.

N. 131.

E Regio Monte, 18.III.1527.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Nibschtz et Ioanni Zambocki
de causis captivitatis canonicorum Quidzinensium; de Gedanensium, Cau-
nensium et Vilnensium querelis ob nimis gravia telonea, quibus one-
rantur.*

(*Germanice*)

Iam ed.: A.T. IX, N. 90.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 17v-18v.

N. 132.

E Regio Monte, 19.III.1527.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
causam Andreeae Maess, civis Regiomontani, quam contra Gedanenses ra-
tione nonnullorum bonorum sibi ab eis inique detentorum habet,
commendat.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 207.

N. 133.

E Regio Monte, 19.III.1527.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
Nicolaum Nibschtz et Ioannem Zambocki nomine suo regi relaturos de
causis captivitatis canonicorum Pomesaniensium et de negotio mar-
chionis Gulielmi; explicat rationes instituendi telonei in Kuckerneese.*

Cfr. El. XXX, N. 44.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 206.

De Canonicis Pomezaniensibus. De telonio Gugkerness. De negotio
Marchionis Wilhelmi.

S[alutatio].

Commisi negotia quedam mea nobilibus mihi plurimum dilectis Do-
minis Nicolao Neptitz et Ioanni Sambotzky, Maiestatis Vestrae Consi-

liariis, meo nomine ad Regiam Vestram Maiestatem referenda. Qua scilicet causa Canonicos ecclesiae Pomezaniensis, absente ignoranteque Episcopo¹⁾, custodiae tradiderim. Cur item mihi vix liceat (ut interim commodi vel incommodi rationem taceam) teloneum aedificiumque ipsum dimittere, quod haud ita multo ante propter laboriosam navigationem, quae in loco Guckerness dicto est erectum, ob publicam mercatorum utilitatem potius quam meam, nam et ad illorum preces edificium constituitur teloneumque ab ipsis constitutum penditur.

Illustrissimi denique Principis Marchionis Wilhelmi, fratri mei charissimi, negotium iidem Consiliarii Maiestatis Vestrae meo nomine apud Regiam Vestram Maiestatem agent. Quare magnum in modum eandem petimus, rogamus et oramus, dignetur eis clementes aures prebere fidemque quoque eam, quam Regia Vestra Maiestas optimis quibusque viris adhibere solet, tum hoc etiam persuasissimum sibi habeat Regia Vestra Maiestas omnia ea, quae meo nomine ad Maiestatem Vestram referent, a me ipso audire. Quod ego pro virili mea erga Regiam Vestram Maiestatem studiosissime promereri curabo. Quam in Domino valere foeliciterque imperare rogo optoque. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regiam Maiestatem Poloniae, 19 mensis Martii.

1) *Erhardus Queis.*

N. 134.

E Regio Monte, 19.III.1527.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de legatione a Szydłowiecki ad regem Ferdinandum peracta gaudet et ne-
gotium suum proprium ei commendat.*

Cfr. El. XXXIV, N. 70.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 209-210.

De legatione, quam ad Ferdinandum Regem Bohemiae obivit, et aliis
etc.

S[alutatio].

Obiit Amplissima Magnificentia Vestra munus legationis ad Serenissimum Principem Ferdinandum, Regem Bohemiae etc., vertat ea Christus Optimus Maximus in suam gloriam concordiamque Ecclesiae suae, miseris modis undique vexatae, quae domi maximis discordiis atque bellis concutitur, foris ab afferis populis crudeliter laceratur. Quorum utrumque, per sese horrendum, ex accessione alterius efficitur horrendius. Revocet clementissimus Deus animos nostrorum a discordia ad concordiam, et fortasse vim immanis hostis a christianis finibus propulsabimus. Utinam detur pia haec gloria potentissimo clementissimoque Regi nostro Sigismundo, quo efficiatur idoneum organum ad conficiendam salutem illam tam diu optatam.

Et mehercule magnam spem concepimus, ubi percepimus Amplissimam Magnificentiam Vestram eius rei gratia legatione fungi. Evidem nil

dubitamus, quin omnem lapidem motura sit, quo duos infensos sibi Reges gratia reconciliat. Quo confecto facilius sedabuntur et caeteri motus, hinc inde inter nos tres saevidentes. Ante omnia sic sunt ineunda consilia, ut ratio habeatur Serenissimi Regis nostri Sigismundi et eorum, quos illi sanguis coniungit. Hoc etenim expedit et ipsa aequitas et honor debitus regiae familiae. Caetera per se intelligit Magnificentia Vestra.

Caeterum, dum illa curabuntur a sapientissimo nostro Rege et a Magnificentia Vestra prudenter tractabuntur, cupimus, Inclite Frater, ne praetereatur negotium nostrum, ob quod, ut credibile est, aliquos iratos habemus. Intelligit Magnificentia Vestra, quid insinuemus. Si Divum Ferdinandum in partem nostram, quo nobis faveat, flexerimus, magnum initium fuerit ad sedandos caeteros, qui fortasse occultius indignantur et animos ad vindictam acuunt. Verum imprudenter nos, qui Magnificentiam Vestram istius rei commonefacimus, quod fraternus vester amor et eadem per se meminit, et aequae nobiscum exoptet confecta omnia adeo, ut monitio haec nostra nil aliud faciat, quam quod oleum addat camino. Attamen iucundum fuit cum fratre colloqui, quem rogando facimus amicitiae nostrae memorem et salutando officio nostro faventem. Bene valeat Magnificentia Vestra et foeliciter functa legatione cum gloria domum redeat, Frater Charissime, per quem cupimus Divo Ferdinando Regi unice commendari. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Eodem tempore ad Christoferum de Schydlowietz.

N. 135.

E Regio Monte, 19.III.1527.

Albertus dux in Prussia

Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,

excusationem episcopi accipit; refert de rationibus telonei in Kuckerneese instituti; de canonicis Pomesaniensibus in carcerem coniectis; de limitibus inter Prussiam et Samogitiam; de negotio marchionis Gulielmi; de legatione Christophori Szydłowiecki ad regem Ferdinandum.

Cfr. El. XXXIV, N. 72.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 210-212.

Excusationem, qua se purgat Episcopus, humaniter accipit ac operam eius in promovendis negotiis petit. De Canonicis Pomezaniensibus sive Marienwerdensibus. De limitibus Borussiacis et Samogithianis. Item de fratre Wilhelmo etc. deque telonio Guckerness. S[alutatio].

Non erat opus, Ornatissime Presul, idemque Frater unice amande, ut Reverenda Paternitas Vestra tarditatem deprecatur²⁾ negotii nostri, in quo confiendo opem vestram desideravimus. Ubi magna moles rerum tractandarum incumbit, ibi multis impedimentis consilia nostra tardantur et procrastinatio ex procrastinatione preter propositum nascitur. Quo loco fortuna culpanda est, non animus procrastinantis. Desinat igitur

Reverenda Paternitas Vestra posthac ad huiusmodi deprecationem confugere, sufficit nobis amicissima voluntas vestra, quam non ex velocitate aut tarditate rerum effectarum, sed ex ipsa integritate perspecta nobis metimur. Nec ignoramus pleraque eo consultius, quo serius effici. Haec cum ex animo dicamus, nil dubitamus, quin patienter ferat Reverenda Vestra Paternitas, quamvis tot tantisque rebus occupetur, denuo curis nostris onerari.

Telonium, quod abrogatum volunt negotiatores, genus hominum magis privato suo quam publico commodo studiosum, tale est, ut foederibus nulla ex parte officiat. Si verum illi fateri volunt, multo magis servitur ibi ipsorum usui quam nostro lucro. Flexuosi periculosique navigationis circuitus devitantur per hoc diverticulum, quod annuis suis reparacionibus constat nobis magna impensa, in cuius levamen illi suas stipes erogant. Singula exactius exponent Reverenda Vestrae Paternitati Nicolaus Neptitius et Ioannes Sambutius, quibus id negotii dedimus in commissis. Hos de hiis aliisque rebus nostris disseruros audiat Reverenda Paternitas Vestra et una cum illis dignetur patrocinari apud Regiam Maiestatem.

Delatus est Reverendus Pater, Episcopus Pomezaniensis¹⁾, isthic in aula, quasi parum iuste Canonicos aliquot Marienwerdenses in custodiam mancipari iusserit, perinde ac vi in suam partem pietatis pertrahere pergeret. Hac in culpa insimulatur is, cum illi sibi hoc malum aliunde adcerserint. Quod ubi regii auribus indicabitur, speramus fore, ut invidia et falsa accusatione liberetur innocens.

De limitibus Borussiacis atque Samagithianis controversiam cupimus tandem aliquando per regium commissum consopitum iri ^{a)}iuxta veteres terminos^{b)}. Non ex aequo intercedit diuturnior mora, quod nobis decedit, accrescit illis. Non sit grave Reverenda Vestrae Paternitati prospicere, ut in tempore consulatur aequitati per regiam auctoritatem.

Quod cura, qua consultum cupimus fratri nostro Wilhelmo, non excidit Reverenda Paternitati Vestrae, argumentum est evidens summae benevolentiae, quam nendum verbis, verum etiam re ipsa debeamus experiri. Ne pigeat Reverendam Vestram Paternitatem sedulitatem suam ultra in hoc collocare. Nostrum erit operam dare, ne immemores benefitii reperiamur.

Fungitur legatione Magnificus Dominus Palatinus Cracoviensis²⁾ apud Serenissimum Regem Bohemiae³⁾. Fxit Christus Optimus Maximus, ut vir bonus bonum nuntium reportet, hoc est festa pace infesta odia Ducum ad bella spectantium foeliciter componat. Si daretur ea fortuna, poterit inter alia patrocinium apud Serenissimum Ferdinandum parari innovationi nostrae, cui aliqui potentes sunt parum propitii. Sed id in primis procuraverit regia prudentia, una et industria Reverenda Vestrae Paternitatis, unde pendemus ex toto. Postquam resederint parumper importuna negotia, impartiatur nobis Reverenda Vestra Paternitas tantum otii, quantum satis est legendae defensioni nostrae, qua obsistimus insultui Teutonici Magistri⁴⁾. Cupimus etenim uti consilio Reverenda Vestrae Paternitatis, si forte nova contra nos moliri pergerent Cruciferi sodales. Datum.

In margine in initio scripti: Ad Episcopum Cracoviensem, eodem tempore.

a)-b) *in margine.*

2) *Christophorus Szydłowiecki.*

z) *sic in ms.*

3) *Ferdinandus.*

1) *Erhardus Queis.*

4) *Theodoricus de Klee (von Kleen).*

N. 136.

E Regio Monte, 19.III.1527.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Zambocki

de Apologia sua a Zambocki approbata gaudet; negotia quaedam sua ei et Nicolao Nibschatz procuranda committit.

Cfr. El. XXXIV, N. 68.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 208.

N. 137.

E Regio Monte, 23.III.1527.

Albertus dux in Prussia

universis

Ioannem Geier (vel Geiger), fabrum armorum, in Masoviam ad accipienda et ad ducem adferenda arma quaedam, a defunctis ducibus Masoviae Ioanne (Janusio) et Stanislae relicita, mittit et rogat, ut ei in hac provincia obeunda auxilio sint.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 220.

N. 138.

Cleipodiae, 31.III.1527.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz et Ioanni Zambocki

rogat, ut eum apud regem de tardiori litterarum missione excusent.

(Germanice)

Iam ed.: A.T., IX, N. 90.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 18v-19.

N. 139.

E Regio Monte, 7.IV.1527.

Albertus dux in Prussia

Georgio duci Slucensi

de victoria de Tartaris reportata gratulatur; pro Tartaro sibi dono misso gratias agit.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 213.

Gratulatur de victoria contra Tartaros agitque gratias de dono misso.
S[alutatio].

Accepimus literas Illustris Dominationis Vestrae, simul et ea, quae Magnificus Dominus Leo, Prefectus in Wysokydwor^a, Illustris Domina-

tionis Vestrae nomine accurata oratione exposuit, una cum dono, nobis in testimonium petitae mutuae gratulationis et amicitiae missso. Agimus itaque magnam gratiam in primis Deo nostro potenti et forti, authori huius nominatissimae et foelicissimae victoriae, Vestrae autem Illustri Dominationi plurimum congratulamur, cuius opera atque industria Omnipotens Deus usus est. De dono autem missso nobis captivo Tartaro magnam habemus gratiam. Nam et vadem illum habebimus mutuae amicitiae. Caeterum rogamus plurimum Illustrem Dominationem Vestram, persuasum sibi habeat se a nobis multum amari et observari, ut Principem amicum et vicinum, nobis percharum. Quem in Domino foeliciter valere ex animo optamus. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Ducem Georgium Slutzky Lithuaniae, 7 Aprilis.

a) *in ms.* Wysokydwo

N. 140.

E Regio Monte, 22.IV.1527.

Albertus dux in Prussia

*Matthiae Drzewicki, episcopo Cuiaviensi,
pro captivis sacerdotibus, iam a rege libertate donatis, ab episcopo
nondum remissis.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 213-214.

N. 141.

E Regio Monte, 25.IV.1527.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*a proconsule et Senatu Antiquae Civitatis Regii Montis intercessionem
rogatus, petit, ut eis a rege potestas detur « facienda flatura tre-
centarum marcarum puri auri ».*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 46.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 214-216.

N. 142.

E Regio Monte, 25.IV.1527.

Albertus dux in Prussia

episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki]

de eadem re ac in litteris ad regem sub eodem dato.

*(In annexa schedula scire cupit, quo cum successu et exitu Christo-
phorus Szydłowiecki legationem suam ad regem Ferdinandum obi-
verit).*

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 73.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 216-217.

N. 143.

E Regio Monte, 2.V.1527.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Iacobo Korp, cive Posnaniensi, a quibusdam latronibus magna iniuria
et damnis affecto, intercedit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 218-219.*

N. 144.

E Regio Monte, 17.V.1527.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Stanislaο Kiežgajło]
pro Georgio Ludicke, cive Regiomontano et mercatore, cui Stanko Biele-
wicz (in ms. Stenko Welowitz), Samogita, quandam pecuniae sum-
mam adhuc debet, rogat, ut eundem Bielewicz ad eius solutionem
adigat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 225-226.*

N. 145.

Fischhausen, 2.VI.1527.

*Albertus dux in Prussia
Michaeli Meydel Spiess, civi Cracoviensi,
filiam sibi natam esse nuntiat et rogat, ut munus compatriis in sollem-
nitate baptismi obire velit.
Ostpr. Fol., vol. 42, f. 19.*

An Michel Meydel II Junii.
Unsern grus zuvor.
Erbar, lieber besonder.

Wir geben ^{a)}aus sonderlichen frolockung^{b)} genediger meynung zu vornemen, das uns und unser fromen und lieben gemahel der Almechtige in dieser stunde eine junge tochter gegeben, des wir seiner gotlichen almechtigkeit lob und danck sagen und bitten hiermit genediglichen euch zu einem gefattern, also das ir wollet auf den tag Joannis des Teufers schirst zeitlichen alhie bey uns zu Vieschauen alsdanne derselben unser tochter zu dem sacrament der taufe und cristenheit zu helfen erscheinen und der muhe von unsertwegen nicht beschweren lassen, auch uns und unser gemahel hierinne wilfarig werden. Das wollen wir herwiderumb in aller genaden umb euch zu beschulden nicht vergessen. Datum eylende

Vieschausen Dienstags in den Pfiennisten ein virtel hor nach zehn in der nacht anno etc. XXVII^{ten}.

In initio epistolae in margine: Michel Meydel.

a) b) *in margine.*

N. 146.

Fischhausen, 12.VI.1527.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

scire cupit, quibus conditionibus marchio Gulielmus in aula regia versari possit; rogit, ut rex negotio sibi cum duce Legnicensi intercedenti finem imponat.

Cfr. El. XXX, N. 48.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 226-227.

De Marchione Wilhelmo deque negotio inter Ducem Lignicensem et Ducem Prussiae.

S[alutatio].

Cum regium nomen venerabile sit in terris et pars dignitatis in familiam quoque dimonet, rogabam Regiam Vestram Maiestatem, dum aderam in Conventu Gdanensi, quo daretur Illustri Marchioni Wylhelmo, fratri meo etc., locus versandi in regia aula. Cui desyderio Regia Vestra Maiestas pro genuina sua clementia facile annuit. Sed pre multitudine curarum in Republica non potuit eo tempore Regia Vestra Maiestas certo sermone pronunciare, qualem velit aperire conditionem et impensam inserviendi, quot alere equos, quo annuo stipendio, quam ferre erogationem et impensam. Et hec causa fuit, cur hactenus iuxta concessum non contulerit se frater isthuc in aulam. Rogo itaque plurimum, Regia Vestra Maiestas nunc tandem dignetur incerta facere certa. Hoc enim ut sciat frater, multum refert. Nam ut in familia regia diversetur, non vulgari modo postulat primo ratio illustris gentis nostrae, deinde ne quid committetur contra decus tanti Regis avunculi. Advolare autem ante constitutam certam impensam annuam videtur offendere regiam prudentiam. Proinde pendet tota res a certa interpretatione, quam prestolatur a Regia Vestra Maiestate.

Preterea quid contineat in se negotium inter Illustrem Friderichum Ducem Lignensem, sororium meum amantissimum, et me ipsum, satis insidet in animo Regiae Vestrae Maiestatis, nec puto aliqua ex parte quidpiam excidisse. Cuius rei ratio eiusmodi est, ut prorogationem ultioriem aegre sit latura. Rogo precorque plurimum, Regia Vestra Maiestas dignetur tollere moram et in tempore negotio finem imponere. Nam sic efficietur, ut sublata suspensione utriusque animus absolutior evadat ad consequentia consilia. Sub divina protectione consistat Sacrosancta Regia Vestra Maiestas. Datum.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, XII Iunii.

N. 147.

Fischhausen, 12.VI.1527.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki]
de filia [Anna Sophia] sibi nata nuntiat.*

(*In annexa schedula scire cupit, «qua conditione, quo annuo stipendio, quot equis, quanto famulitio» rex fratrem suum, marchionem Gulielmum, «alere in familia sua dignetur».*

(*Latine*)

Cfr. El. XXXIV, N. 76.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 228-229.

N. 148.

Fischhausen, 12.VI.1527.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
filiam sibi natam esse nuntiat.*

(*Latine*)

Cfr. El. XXXIV, N. 48.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 230-231.

N. 149.

Fischhausen, I.VII.1527.

*Albertus dux in Prussia
episcopis et palatinis Magni Ducatus Lithuaniae
rogat, ut Ioanni Radziwill persuadeant, quo molendinum suum (in Rajgród), ex quo subditis suis multa damna oriuntur, tandem aboleat et deponat.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 232-233.

N. 150.

Fischhausen, 2.VII.1527.

*Albertus dux in Prussia
«supremo capitaneo Ducatus Masoviae»
equum, «quem vulgo Walachum appellitant», sibi mitti petit.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 233-235.

N. 151.

Fischhausen, 7.VII.1527.

Albertus dux in Prussia

*Stanislae Kiežgajto, capitaneo Samogitiae,
conqueritur de subditis capitanei Samogitiae, contractum de limitibus
initorum violatoribus.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 235-236.

De controversiis limitum seu granitierum.

S[alutatio].

Magnifice Domine, Vicine et Amice nobis dilecte.

Significavit nobis fidelis et dilectus noster Melchior de Haldeck, Capitaneus in Ragnith, sese limites et terminos terrarum Prussiae et Lithuaniae huius loci, ubi confinia vel granities (ut vocant) signis suis sunt assignatae, perlustrasse atque invenisse in his contra contractum et concordiam, quae huius rei gratia antehac utrinque facta et inita est, a subditis Magnificentiae Vestrae actum esse. Inquit enim eosdem subditos iussu Magnificentiae Vestrae in locis litigiosis et prohibitis ligna secasse, arasse, seminasse altamque sylvam, vulgo svento appellitant, in totum extirpasse eradicasque ac sibi in proprium usum et commodum convertisse. Ad has Magnificentiae Vestrae patrem in proximo bello Pruthenico nonnullos subditos, numero, ut indicatur nobis, decem, in locum quendam nostrorum limitum (quem alias an der Schessup¹⁾ vocant) collocasse. Quorum alii medii miliaris spatium, alii vero integrum miliare occuparunt ultra fines granitierum ibidemque sibi sedes locarunt et posuerunt. Qui iam istis in locis ad VI centa ferme ligna, vulgo wagenschoss, elaborasse dicuntur.

Quae omnia quam bono nobis animo ferenda sint, facile Magnificentia Vestra conicere potest. Quam ob rem amice petimus, Magnificentia Vestra hac in re aequius nobiscum agat et sese ita gerat, ut magis ad amicitiam bonamque vicinitatem conservandam quam contra eam ipsam agere pronior esse videatur. Preterea cupimus, quo deinceps ab huiusmodi iniusto incepto desistatur, lignaque ac alia bona, in praedictis locis litigiosis secta, elaborata atque confecta, seorsum in locum quendam reponantur, donec et quoisque de limitum seu granitierum controversiis, iusta desuper habita cognitione, finalis tandem et diffinita fuerit lata sententia. Tantum in praesentiarum Magnificentiae Vestrae indicasse voluimus, Datum Fischawsen, etc.

In margine in initio scripti: Ad Stanislaum de Stanislownitz, Supremum Capitaneum Samogithiae, 7 Iulii.

1) Szeszupa.

N. 152.

Fischhausen, 12.VII.1527.

Albertus dux in Prussia

*Lucae a Górkka, castellano Posnaniensi,
pro Iacobo Korp, cive Posnaniensi, qui a Iudaeo quodam offensus, ira
affectus eum percussit et nunc a castellano puniri debet.*

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 19.

An starosta zu Posna, herren Luckassen von Gorken, am XII tag Julii etc.

Es beclaget sich an uns komt. von Polann, unsers g.h. und lieben oheymen, burger zu Posna und unser lieber besunder Jacob Korp, kegenwertiger briefszaiger, wie er in vorscheyner zeith durch einen Juden greblich und heftig vorursacht und zu zorne gereizth, das er inen zu solchem bewegtem gemute fluchtlichen geschlogen und werde derhalb nu von euch mit grossem ernst und strafe angezeygt, mit demutiger bithe, inen an euch genedigklichen zu vorbiten und zu vorschreyben. Dieweil uns derselbe Jacob Korp vilfeldige wilferige dinste erzaigen und in diesen ubergrif durch den Juden geursacht, ist an euch als unsern lieben freundt unser gar freuntliche bitte, ir wollet umb unser willen obgemelten Jacob Korp solcher iziger verursachten ubergriff der strafe gnediglichen erlossen adder ir also gelindern und miltern, das er unser vorbitte gniesen entpfliende. Dan was er nit vordient, das sein wir umb euch mit unsern diensten zu erstatten erbottigk und wollen euch hiermitte gotlicher almechtigkeit bevolen haben. Datum ut supra.

In initio epistolae in margine: starost zu Posen.

N. 153.

Fischhausen, 12.VII.1527.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Samogitiae [Stanislaο Kiežgajło]

*subdito cuidam regio, cui per factorem quendam suum nonnullae fruges
et prata adempta sunt, se iustitiam administraturum esse promittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 237-238.

N. 154.

Fischhausen, 14.VII.1527.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Ioanne Nimptsch (in ms. Niemitsch) in carcere detento, qui « magis
improvidentia ac fato horum temporum quam animo factioso inimi-
coque Reipublicae tranquillitati » crimen suum perpetravit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 240-242.

N. 155.

Fischhausen, 14.VII.1527.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,

pro Ioanne Nimptsch incarcerated.

(Sub textu: Simili modo ad Episcopum Cracoviensem [Petrum Tomicki], mutatis mutandis).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 242-243.

N. 156.

Fischhausen, 16.VII.1527.

Albertus dux in Prussia
Lucae a Górką, castellano Posnaniensi,
a quodam principe Germano rogatus, ut ei bonum valachum mitteret, ex-
petit mitti sibi eiusmodi equum.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 42, f. 19v.

N. 157.

Fischhausen, 19.VII.1527.

Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Stanislaο Kiežgajło]
petitam ab eo armaturam militarem ei mittere promittit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 247-249.

N. 158.

Fischhausen, 25.VII.1527.

Albertus dux in Prussia
Matthiae Drzewicki, episcopo Cuiaviensi,
pro captivis presbyteris mandato regio libertate donatis, ab episcopo
adhunc in carcere detentis.
(Latine)
Cfr. El. XXXIV, N. 80.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 244-245.

N. 159.

Fischhausen, 25.VII.1527.

Dorothea ducissa in Prussia
Matthiae Drzewicki, episcopo Cuiaviensi,
pro captivis sacerdotibus intercedit, ut tandem e carceribus liberi dimis-
tantur.
(Latine)
Cfr. El. XXXIV, N. 80.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 246-247.

N. 160.

Fischhausen, 6.VIII.1527.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Stanislaο Kiežgajło]
armaturam militarem (« quam vulgo koriss appellitant ») prius promis-
sam mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 249-250.

N. 161.

Fischhausen, 9.VIII.1527.

*Albertus dux in Prussia
Georgio Hager, regio fidicini,
pro missis sibi carminibus gratias agit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 20-20v.

N. 162.

Neuhausen^{a)}, 9.VIII.1527.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro subdito suo, Ioanne Alexwang, intercedit, qui litem habet cum cive
Gedanensi, Rainaldo Angermunge.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 21-22.

a) error pro: Fischhausen? Cfr. N.N. praeced.
et sequentem.

N. 163.

Fischhausen, 9.VIII.1527.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni a Rechenbergk
ob grassantem pestem nepotem eius, qui in aula sua degebat, una cum
aliis servitoribus domum remittit.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 20-21.

An Hans von Rechenbergk den 9 tag Augusti.

Lieber, besunder.

Nochdem sie yzunder alhie in unsren landen das sterben fast ferlich erzeiget, seind wir vorursacht unsern^{a)} hoff zu teylen und etzlichen unsren dienern anheim zu erlewen. Derwegen wir Nickelnn neffen, den yr uns zugefurdert, auch anheim zu zyhen erleubnus haben aussagen lassen, mit diesem bescheide sich doselbst anheim zu erhalten, byssolange

wyr inen wider an unsern hoff erfordern werden. Haben wir euch, domit yr seines abschides wissenschaft habet, nicht vorhalten wollen und euch gunstigen willen zu erzeigen seind wir geneigt. Datum Viesschawssen ut supra.

In initio epistolae in margine: Hanns von Rechenberg.

a) *supra* *lineam.*

N. 164.

s.l. 18.VIII.1527.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*de 2 milibus equitum et 8 milibus peditum in Marchia collectis et de variis
rumoribus circa destinationem eorum sparsis.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 22-22v.

An Nickel von Nyptitzsch 18 Augusti.

Ernvester etc.

Dein schreyben, so du uns yetzo zugefertigt hast, haben wir emphan-
gen und seins inhalts vorlesen. Thun uns desselbigen gegen deiner per-
son gantz gnediglich bedancken. Und ist hiemit an dich unser gnedigs
synnen und gutlich begern, wo es die gelegenheit der zeit schigken oder
aber sich sonst fugen und bequemen will, du wollest dich desselben
deins schreybens weytere, auch klerere anzaigung und declaracion uns
zu thun nit beschweren lassen, wie wir uns dan zu dir gutwillig zu ge-
schehen versehen wollen.

Wir hetten dir auch gern neue zeitung zugeschrieben, so ist yetzo
bey uns nichts sonderlichs vorhanden, allein das wir bericht sein, als
solten bey zweytausent geruster pferde und biss in die achtausent knecht
beyeinander in der Margk vorsamelt sein und vill und mancherley rede
davon ausgehen. Einsteyls sagen, sie sollen vom churfursten¹⁾, hertzogen
von Braunschweig²⁾ und dem von Meckelburg³⁾ bestelt seyn und das sie
in Dennemarkg willens. Das ander teyl sagt, sie wollen in Preussen, das
drit teyl wider etliche stett etc. Doch wayss man nit aigentlich, wo sie
den kopf hinausstrecken wollen. Wie auch solcher ir versamblung nit
gruntlichen bericht, so sein auch die Teutschen hern daussen landts vast
seltzam und lassen sich hören. Sie wollen alles das, so sie daussen ha-
ben, daran strecken, Preussen widerumb zu erobern. Wir hoffen aber zu
Gott, sie sollen nicht vill daran gewynnen oder ausrichten. Wolten wir
dir guter meynung nit bergen etc., abermals gutlich begerende, du wollest
solchs ko.mt. zu Poln, unserm allergnedigsten hern, mit guttem fueg
anzaigen und vormelden. Daran thustu uns zu gefallen etc. Datum ut
supra.

In initio epistolae in margine: Nyptisch.

1) *Ioachimus.*

2) *Gulielmus.*

3) *Albertus VI.*

Johannisburgi, 21.VIII.1527.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*pro Ludicke Wetschfall (vel Westphal), presbytero captivo, ab episcopo
Cuiaviensi nondum liberato, intercedit.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 22v-23v.

An Nickell von Niptitzsch 21 Augusti.

Ernvester, lieber, getreuer.

Es hat uns der durchleuchtigst, grossmechtigst furst und herr, herr Sigmundt konig zu Poln etc., unser allergnedigster herr etc., als wir vor einem jar ungeverlich bey seiner ko.mt. zu Marienburg gewesen, uff unsrer untherthenig bitten und erlangen etliche priester, so bey dem erwirdigen in Got unserm lieben freundt, herrn N. bischoffen zu Coya¹⁾, in gefencknuss behafft, gnediglichen volgen und überantworten zu lassen, vorheyssen und zugesagt. Wir haben aber dieselbige ko.mt. etc. bevelch auch unserm manigfeltigem schreyben und bitten nach, so wir an den von der Coya gethan, nit bekommen mögen. Des wir uns dan nicht wenig befrembdt, das ko.mt. bevelch so geringschetzig soll gericht werden. So hat doch Gott der allmechtig vermittelst seiner gotlichen gnaden etlichen von den priestern gnediglichen aus der gefencknuss geholfen etc. Wurdt aber noch ainer mit namen Lutigk Wetschfall, des ehelich gemahell unser jungen tochter ann und wartsfraw ist, bey dem von der Coya in schwerer gefencknuss erhalten. Demnach wir, als der untherthenig furst, der sich auf ko.mt. vertrostung und gethaner bevelch pillich verlassen soll, den von der Coya kurtz verrucker tag uffs allerfreuntlichst mit unsrern schriften bethlichen haben ersuchen lassen, sein lieb wolt uns den genannten Lutigke ko.g. vorwenung und aufgelegtem bevelch nach volgen und überantworten lassen in hoffnung, dieselb sein lieb solten sich ko.mt. bevelch und unser mehr den einmals gethaner freuntlicher bit und ermanung erinnert und uns solchen priester zugeschickt haben. Es is aber solches bissher ye und albeyp vorplieben und haben auch noch zur zeit nichts anders von seiner lieb mögen erlangen, dan das uns dieselbe immer vergebenlich aufgezogen und yetzo mit der antwort, der wir uns zu seiner lieb ye nit vorsehen begegnet, wie du dan hiebeyligende dich hast zu ersehen. Daraus wir uns nichts anders zu vormutten, dan das sein lieb denselben priester umb sein leben zu pringen gedencken. Zudem so schreyben auch sein lieb, das sie uns vormals dieselbige priester haben zugeschickt, des wir uns auch nit gnugsam vorwundern können, so doch öffentlich am tag, das sein lieb uns derselben wie kainen zugesandt.

Demnach ist an dich unser gantz gnedigs synnen und begern, du wollest unserm freuntlichen und geliebten bruder, hern Cristoffen Schidlowitz, dasselbig von unsertwegen anzaigen und bitten, das er sich verner nit wolt beschweren lassen solchs ko.mt., unserm allergnedigsten herrn, zu vormelden und mit allem vleyss, wie wir uns dan zu seiner ko.mt. zu geschehen vertrosten, sollicitiern, domit sein ko.mt. uns voriger gnediger zusag nach, ein ernstlich schriftlich mandat an der²⁾ von der Coya geben wöllen, dergestalt das uns seine lieb ogbemelten prister on einigen vorzug oder behelfrede bei gegenwertigem unserm diener woll zu ferti-

gen. Dardurch auch unser jungen tochter dest treulicher und mit hohem vleyss abwartung beschelen möge, wir uns auch zu erfrewen haben, das uns sandt Peter das jhenig, so uns Got und ko.mt. gegeben und beschert hat, nit entpfrembden und nemen thun. Das wollen wir umb seiner ko. mt. in aller untherthenigkait und gantz dienstlich widerumb zu vordie- nen yeder zeit willig erfunden werden. Datum Johannispurg ut supra.
In initio epistolae in margine: Nyptitzsch.

z) *sic in ms.*

1) *Matthias Drzewicki.*

N. 166.

Ortelsburgi (Szczytno), 23.X.1527.

Albertus dux in Prussia
cuidam Lassowski (in ms. Lassoffski)
intercedit pro subdito suo Sigismundo Daniel, ut ei pecudes aliaeque
merces interceptae restituantur.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 11-12.

N. 167.

Ortelsburgi (Szczytno), 27.X.1527.

Albertus dux in Prussia
palatino Masoviae et capitaneo Ciechanoviensi [Felici Brzeski, in ms.
an woywoden zu Tzekenaw]
pro Alberto Warsthad (vel Vorschach) eiusque sorore, subditis suis, inter-
cedit, ut eis a quibusdam nobilibus ex Ducatu Masoviae, Leffski (Le-
wicki?) et Hering nomine, pecunia pro molendino in pago Chlewki
(Kleffki) sito debita persolvatur.
(Latine)
Cfr. El. XXXIV, N. 87.
Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 12-13.

N. 168.

Ortelsburgi (Szczytno), 4.XI.1527.

Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Stanislaο Kiežgajło]
armifactorem suum ad conficiendam loricam se ei missurum esse, cum
primum pestis cessaret et viae perviae redderentur.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 13-15.

N. 169.

Ortelsburgi (Szczytno), 29.XI.1527..

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
rogat, ne rex « omni spiritui » facile de se credat; consilium dat, quomodo
rex statibus, « quibus scire dignum et necesse », respondere debeat
de negotio Prutherico (scil. de rationibus et causis instituendi sae-
cularis Ducatus etc.).
(Latine)*

Iam ed.: A.T.X., N. 4.

Cfr. El. XXX, N. 52.

H B A. Conceptum B. K. 1160 (textus in Ostpr. Fol. deest).

N. 170.

Ortelsburgi (Szczytno), 29.XI.1527..

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
pro opera servitori suo (Eccardo a Reppichaw) praestita, pro « fraterno
consilio » et pro missis novis gratias agit; responsum regium sibi
datum ex eodem Reppichaw cognoscet; de non misso exemplo little-
rarum ad regem scriptarum se excusat; regi, reginae, Sigismundo
Augusto et reginulis commendari cupit.
(Latine)*

Iam ed.: A.T.X., N. 5.

Cfr. El. XXXIV, N. 84.

H B A. Conceptum B. K. 1160 (textus in Ostpr. Fol. deest).

N. 171.

Ortelsburgi (Szczytno), 2.XII.1527..

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Kościelecki (in ms. Coszolestzky), palatino Posnaniensi,
certiorem eum facit se Christophorum [de Nadbórz], capitaneum Naklen-
sem, libenter inter aulicos et servitores suos accipere.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, f. 251.*

N. 172.

Ortelsburgi (Szczytno), 3.XII.1527..

*Albertus dux in Prussia
Annae duci Masoviae
rogat permissionem, ut lorica, ab armifactore suo Ioanne Geiger olim
ducibus Masoviae Ianussio et Stanislao confecta, uti possit.
(Germanice)
Cfr. El. XXXIV, N. 85.
Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 15-16.*

N. 173.

Ortelsburgi (Szczytno), 9. XII.1527.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

litterae fidei pro nuntiis ducis ad regem missis: Georgio a Kunheim, capitaneo Tapiensi, Ioanne Leistgewang, magistro Bartholomaeo Gotz, proconsule, Martino Locherer, proconsulis socio, et Donimiro Plato, consule, Regiomontanis (meiner stat Konigsberg Altenstath und Kneiphove).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 24.

N. 174.

Ortelsburgi (Szczytno), 9.XII.1527.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Stanislao Kiežgajło]*

pro Paulo Milisch, secretario suo, intercedit, cui capitaneus lignis et cineribus ex silva Georgenburgensi uti permiserat, ut eiusdem capitanei officiales eum vexare desinant et mandato domini sui obtemperent.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, ff.16-17.

N. 175.

Ortelsburgi (Szczytno), 15.XII.1527.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Balinski, castellano Gedanensi,
ei ad se venire volenti, ut de colloquio suo cum rege et Christophoro Szydłowiecki de duce habito coram referat, respondet se eum in arce sua Ortelsburgensi, ubi venationibus vacat, ad festa Nativitatis libenter visurum.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 252.

1528

N. 176

Ortelsburgi (Szczytno), 5.I.1528.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

rogat, ut sibi summa florenorum ex contractu communi debita persolvatur; negotium Friderici ducis Legnicensis commendat.

Ostpr. Fol. vol. 48, ff. 257-258.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Accepi reverenter literas Maiestatis Vestrae, quibus Maiestas Vestra respondet literis, quas diebus superioribus post abitionem Nunctii mei, Eckii a Reppichaw, ad Maiestatem Vestram dedi, libenterque audio, quod Maiestas Vestra Nunctium ad Prussiam missura et demandatura sit ea, quae huic negotio necessaria sunt. Noloque Maiestatem Vestram latere me aere alieno in Germania esse gravatum, quod ad festum Cathedra Sancti Petri proxime futurum exolvere promisi, ubi presertim fidem servare et illud aes persolvere vellem propter multas causas, quas iam Maiestati Vestrae recensere praetermittio. Quare ea qua possum diligenter Maiestatem Vestram Regiam, tanquam patrem et avunculum charissimum, rogo, Maiestas Vestra velit apud Thesaurarium suum efficere, ut mihi illa quatuor millia florenorum Ungaricalium, quae mihi Regia Vestra Maiestas ad festa Paschatis ex contractu nostro est obligata, iam ad festum Cathedra Petri Domino Nicolao Niptitz et Ioanni Sambutzky nomine nostro adnumerentur persolverenturque. Et nec velit Maiestas Vestra tanto temporis parvo intervallo gravari. Nam si ea necessitas me non urgeret, quae et famam et fidem meam tangeret, mallem hanc pecuniam etiam diutius post addictum diem expectare quam ante eundem postulare.

Sed confido de clementia Maiestatis Vestrae, ut me hac in re non deseret²⁾, sed clementer pro paterna sua pietate mihi provideri faciat, ut et debtoribus meis fidem servare et solutionem facere possem. Si vero Thesaurarius Maiestatis Vestrae summam hanc florenorum termino predicto mihi persolvere non posset, rogo, Maiestas Vestra velit iubere, ut cum nobili viro, Domino Severino Baner, Burggradio, Suppenbeck^{a)} et Supremo Procuratori Cracoviensi etc., et Michael Maydel agatur, quo mihi predicta summa florenorum per eos, aut alterum eorum, termino prefato Nurembergae in Germania persolvatur. Aut velit Maiestas Vestra Exactori suo in Masovia mandare, ut mihi eadem summa per eundem termino prefato adnumeretur. Cogit enim profecto me modob) necessitas Maiestati Vestrae modos indicare et tanta instantia apud Maiestatem Vestram rogare.

Quare iterum obnixe rogo, Maiestas Vestra velit mihi per predicatorum modorum unum gratiouse succurrere et solutionem fieri demandare. °Et ex quo Maiestatem Vestram Regiam singulis annis pro solvenda summa florenorum, quam mihi Maiestas Vestra ex contractu nostro debet, non libenter ex Thesauro suo in regia curia sollicitamus, rogamus, Regia Vestra Maiestas velit efficere cum Thesaurario suo Marienburgensi et eidem demandare, ut mihi sequentibus annis eadem summa per eundem ex proventibus Regiae Maiestatis Vestrae in Prussia persolvatur propter vicinitatem, quae expensas Maiestati Vestrae et mihi levaret. Intellexi enim apud Gdanenses ultra annum pecuniam, quam aliis persolvere mandaverit Regia Vestra Maiestas, adhuc duo millia florenorum restant, quibus et alii proventibus mihi commode fieri posset solutio. Et Maiestas Vestra Regia velit etiam^{d)} causae Illustris Principis, sororii mei charissimi, Domini Friderici Ducas Lignicensis etc., esse memor, quae Illustrum Suam Dominationem et eius Ducatus vasallos et subditos tangit. Quam in rem et utilitatem Maiestatis Vestrae et Regni Poloniae sollicitavi, ut in eadem causa quantocutius responsum definitum habeam. Sum enim iam in procinctu, ut ad Illustrum Principem, fratrem meum charissimum, Dominum Georgium Marchionem Brandenburgensem etc., et sororium meum praefatum ad Slesiam vadam in negotiis, quae Domum Brandenburgensem tangunt. Quare velit me Maiestas Vestra quam primum in hac causa cum praesenti nuncio facere certiorem, ut et illud responsum Maiestatis Vestrae sororio meo adportem. Nichil enim in hac causa quaero quam ea, quae in honorem et utilitatem Maiestatis Vestrae et Regni cedunt. Quibus me Maiestati Vestrae, tanquam patri clementi, ut filius obediens commendo. Quam una cum regia coniuge ac liberis diu foeliciter et bene valere ex animo cupio. Datum Ortelsburgii, dominica post Circumcisionem Domini, anno XXVIII.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, dominica post Circumcisionis Domini.

a) polonice recte: župnik (zupparius)
b) in ms. mod

c)-d) *in margine sub textus additum; in textu expuncta est propositio:* Sum enim iam in procinctu, ut ad Illustrum Principem, fratrem meum charissimum, Dominum Georgium Marchionem *Sequitur nota:* Illud additum oportuit.

N. 177.

Ortelsburgi (Szczytno), 5.I.1528.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
intercessionem apud regem expedit, ut sibi summa florenorum ex con-
tractu debita persolvatur; item causam Friderici ducis Legnicensis
commendat; pro redemptione praedicatorum gratias agit.

Cfr. El., XXXIV, N. 99.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 259-260.

In eadem causa.

S[alutatio].

Frater Charissime, accepimus literas Magnificentiae Vestrae una cum sylva novitatum, quae erant nobis gratissima^{2).} Habemus ergo Magnifi-

centiae Vestrae gratias magnas rogamusque Magnificentiam Vestram, velit apud Regiam Maiestatem nobiscum impetrare, ut summa illa flororum, quam nobis Regia Maiestas ad festa Paschatis ex contractu nostro debet, ad festum Cathedra Sancti Petri proxime venturum persolvetur^{z)}, sicuti Regiae Maiestati suppliciter scripsimus et id sollicitatoribus nostris, Domino Nicolao Niptitz ed Domino Ioanni Sambutzky, commisimus. Necessitas enim magna nos urget. Nam in Germania debitis tenemur, quae nisi termino praedicto Cathedra Petri persolverimus, eo fidem et amicos amitteremus, quibus non libenter caremus.

Quare rogamus ea qua possumus diligentia, Magnificentia Vestra velit iam fratrem agere et sua promotione nostris sollicitatoribus fraterne adesse, ut nobis petita summa florenorum persolvetur^{z)} adnumereturque. Speramus enim, quod Thesaurarius Regiae Maiestatis ad mandatum regium haud gravatim solutionem faciet. Si vero id per eum com mode fieri non posset, indicavimus Regiae Maiestati alios modos, quos velit Magnificentia Vestra habere commendatos, ut per unum nobis succurratur ac solutio fiat. Necnon velit etiam Magnificentia Vestra apud Regiam Maiestatem instare, ut in causa Illustris Principis, sororii nostri charissimi, Domini Friderici Ducis Lignicenss etc., quae Illustrem Suam Dominationem, Ducatum ,vasallos et subditos suos tangit, responsum definitum habeamus. Commisimus eandem causam praefatis nostris sollicitatoribus. Et nihil in hac, sicut in aliis omnibus causis, quaerimus, quam communem Regni utilitatem. Quare velit Magnificentia Vestra eam causam tanta maiori diligentia habere commendatam. Gratias etiam agimus Magnificentiae Vestrae, quod praedicatores iam ad literas nostras ex vinculis redemerit, rogamusque Magnificentiam Vestram, velit efficere, ut illi quam citius ad nos dimittantur. Et certo sibi persuadeat Magnificentia Vestra, quicquid vicissim in rem Magnificentiae Vestrae facere possumus, fraterne et diligenter faciemus. Quibus cupimus Magnificentiam Vestram diu et foeliciter valere. Datum ut supra.

*In margine in initio scripti. Ad Dominum Christoferum de Schydolowitz,
eodem tempore ut supra.*

^{z)} sic in ms.

N. 178.

Ortelsburgi (Szczytno), 5.I.1528.

Albertus dux in Prussia

*Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,
quod episcopus linguam germanicam didicit, gaudet; rogat, ut pecuniae
summa sibi a rege ex contractu debita per episcopi intercessionem
persolvatur; commendat negotium Friderici ducis Legnicensis.*

Cfr. El. XXXIV, N. 100.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 260-261.

S[alutatio].

Accepimus literas vestras, quibus Reverenda Paternitas Vestra scribit, quod discendo linguam Germanicam adeo profecerit, ut nunc eius rei tantum fructus habeat, quod literas nostras nativo sermone scriptas

legere et intelligere possit etc. Et quod Reverenda Paternitas Vestra ea, quae Dominus Niptitz nomine nostro vobiscum egerit, eo studio et fide promoverit, ut facultas potius in Reverenda Paternitate Vestra desiderari possit quam voluntas. Intelleximusque libenter, quod Reverenda Paternitas Vestra linguam Germanicam et didicit et callet, quare etiam nunc saepius quam antea eadem lingua ad Reverendam Paternitatem Vestram scribemus, et gratias habemus Paternitati Vestrae Reverendae maximas de habito studio et fide, quae nomine nostro habuit Paternitas Vestra Reverenda apud Regiam Maiestatem. Et malumus, quod facultas plus defuit quam voluntas. Pluris enim facimus voluntatem quam facultatem. Cum enim haec sincera extet, nihil est, quod preterea requiriendum sit.

Rogo vero et nunc pro fraterna amicitia, Paternitas Vestra Reverenda velit adhuc nostris sollicitatoribus, Domino Nicolao Niptitz et Ioanni Sambutzky, adesse, ut summa florenorum, quam nobis Regia Maiestas ad festa Paschatis ex contractu nostro est obligata, ad festum Cathedra Petri proxime futurum nobis adnumeretur persolvereturque^{z)}. Urget enim nos necessitas magna. Nam gravamurque aere alieno, quod praedicto termino in Germania persolvere promisimus, et nisi solutionem fecerimus, et fidem et amicos tales amitteremus, quos nos charos habemus et nobis et Regno inservire possunt. Quare velit Reverenda Paternitas Vesta hoc negotium habere commendatum. Et etiam ut causa Illustris Principis, sororii nostri charissimi, Domini Friderichi Ducis Lignicensis in Slesia, quale Illustrum Suam Dominationem, Ducatus vasallos et subditos suos tangit et quam in rem et utilitatem Maiestatis Regiae ac Regni Poloniae sollicitavimus, responsum definitum quantotius habeamus. Commisimus enim eandem causam etiam praeferatis sollicitatoribus. Et nihil aliud in hac causa quaerimus quam communem Regni utilitatem. Quare velit Reverenda Vestra Paternitas eandem causam eo maiori diligentia habere commendatam. Quibus cupimus Reverendam Vestram Paternitatem (cui etiam ad omnia obsequia sumus paratissimi) diu foeliciter et bene valere et nos sibi commendatos habere. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Episcopo Cracoviensi etc.

z) sic in ms.

N. 179.

Ortelsburgi (Szczytno), 5.I.1528.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Szydowiecki, Regni Poloniae thesaurario,
negotia sua commendat et rogat, ut consiliariis suis, Nicolo Nibschitz
et Ioanni Zambocki, in causa sua promovenda auxilium praestet.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 98.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 262.

N. 180.

Ortelsburgi (Szczytno), 5.I.1528.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Zambocki

*negotia sua apud regem, nempe solutionem certae pecuniarum summae,
quam ei rex «ex contractu» debet, et causam Friderici ducis Legni-
censis, ei et Nicolao Nibschatz commendat; 50 aureos annui stipendii
ei pendere promittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 92.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 263-264.

N. 181.

Ortelsburgi (Szczytno), 5.I.1528.

Albertus dux in Prussia

*Andreae Tęczyński (in ms. Thoznitzin), palatino Cracoviensi,
litteras eius se accepisse nuntiat; se ipsum prius ad eum non scripsisse
propter tituli ignorantiam; nunc saepius se esse scriptrum promittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 97.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 264.

N. 182.

Ortelsburgi (Szczytno), 5.I.1528.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

*de summa 4000 florenorum, sibi a rege ex contractu debita, persolvenda;
de negotio ducis Legnicensis; de presbyteris liberatis etc.*

Cfr. El. XLVI, N. 16.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 26-27v.

An Nickel Niptitzsch 5 Januarii.

Erber, lieber, getreuer.

Wir geben dir zu vornemen, wie wir ytzunder abermals ko.mt. von Pollan, unserm genedigsten herren, schreiben, das uns sein ko.mt. die viertausent gulden, so uns sein mt. auf Ostern schirsten nach vermöge unsers vortrags pflichtig, ytzunder auf Cathedra Petri aus genaden entrichten und bezalen wolle lassen, dan wir mit schulden yn teutschchen landen vorhaft, darzu wir desselbigen gelts auf solche zeit hochlich bedorffen, und wue wir auch auf dieselbigen zeit nich bezalung thun, will uns mercklicher schade und ungliempf daraus erwachsen, auch das wir domit freunde verlieren, der wir gar ubel gerathen mögen. Und die-

weil uns so viel daran gelegen, ist an dich unser beger, du wollest sampt herren Hansen Sambotzky dest merern vleis ankeren, das uns solche summa auf benanten termin Cathedra Petri gewislichen entricht werde. Und ob solchs auf dasselbig mal aus koniglicher hoffkammer nicht bescheen möge, so wollest mit allem vleis anhalten, das uns durch herren Severin Paner oder Michael Maidel solche summa auf Cathedra Petri von ko.mt. wegen zu Nurmbergk bezalet und erleget, oder woe das auch nicht gesein mochte, das solche summa uns von ko.mt. landtschreiber in der Masaw auf bestimpte zeit überzelet wurde, domit wir bezahlung thun und unsren glawben erhalten mögen.

Wir ubersenden dir auch ein credenzt an herren Severin Baner und Michael Meidel geltendt und auf dich und Johann Sambotzky lautende. Wollet die obgenanten baiden überantworten und in allem vleisse mit inen handeln, auf das sie auf ko.mt. beger uns obberurte summa gulden zu Nurmberg auf benanten termin bezahlen und solche zeit biess auf Ostern gedult tragen wollen. Alsdann sie solchs gelts von ko.mt. widerumb sollen bezalt werden, wie uns des ko.mt. gewislich zu gescheen zuschrieben.

Und nachdem es ko.mt. villeicht nicht gelegen, das aus irer mt. hoffschatzkammer jerlichen solche summa gulden gegeben werden, haben wir ko.mt. geschrieben und gebeten, das ire mt. vorschaffen wollen, das uns solche summa gulden hinfurter jerlichen von den einkommen irer mt. in Preussen durch irer mt. schatzmeister zu Marienburg¹⁾ entricht und bezalt wurd, wie wir dann vornehmen, das zu Dantzick noch jerlichen zweitausent gulden unvorweisst sein sollen, domit wir sampt andermt irer mt. einkommen doselbst mochten bezalt werden. Dardurch wurden ko.mt. und uns umb der nehe willen viel unkost und ferligkeit mit furung des geldes ersparet und vorhutten. Derhalben so wollet ir baide hierinne euern besten vleis ankeren, das uns, wie obberurt, durch unsren furgeschlagenen weck auf dietzmall die bezalung der viertausent gulden widerfarh, auch hinfuro also gemacht möge werden, das wir alhier ym lande, wie obgemelt, bezalt wurden.

Auch wollet anhalten, das wir aufs furderlichste bei diesem unsren bothen yn der sachen, den hochgeborenen fursten, unsren freuntlichen, lieben ohemen und schwager, herren Friderichen hertzogen zu der Lignitz, seine liebe, landt^{a)} und leuthe betreffendt, wie du dann wissen hast, entlichen beantwort werden, dan wir uns über wenigk tag willens sein zu ergeben und yn unsren sachen, das haws Brandenburg belangende, yn die Schlesing zu dem hochgeborenen fursten, unserm freuntlichen, lieben brudern, herren Georgenn marggrafen zu Brandenburg etc., und vorgemelten unserm schwager zu raysen und gern die antwort mitpringen wolten.

Du magst auch wol herren Cristoff Schidlowitzky anzeigen, das dieser vortragk ko.mt., hertzog Friderich²⁾ und uns belangende, dem ersten ausgerichten vertragk nicht angehet und das diese artickel one veruckung desselbigen wol gesein mogen.

Derhalben bitten wir nochmals die sachen zu bedencken und das wir vornehmlich nichts darinne, dann ko.mt. und des reichs nutz, aufwachung und ehr bedencken und suchen.

Wir schreiben und bedancken uns auch gegen unserm bruder, herren Cristoffen von Schidlowitzky etc., das er die gefangene prediger auf unser bitt vollendt lossgemacht, mit bitt, das er vorschaffen wolle, das uns dieselbigen aufs erste zugeschickt werden mochten. Das wollest

auch mit vleis helfen, anhalten und fordern, das es beschee und dir unsere sachen (wie wir uns zu dir vertrösten) bevolhen lassen sein und Johansen Sambotzky hinfurter allewege yn deine hulfe ziehen und inen von unsertwegen mitgebrauchen, dan wir inen nun auf dein anreden fur einen rath und diener angenommen, wie wir ime solchs auch zugeschrieben und uns also zu euch baiden alles vleis und guten vorlossen. Das wollen wir umb euch yn allen genaden zu erkennen unvorgessen sein. Datum Ortelspurg den 5 tag Januarii.

In initio epistolae in margine: Nyptitzsch.

- a) *in margine.*
1) *Ioannes Baliński.*
2) *Legnicensis.*

Schedula:

Zedula

Wir ubersenden dir auch hiemitte eine vorsigelte quitantz über die viertausent gulden, der wir ytzunder auf Cathedra Petri bezalung bitten und die auf Ostern vortaget werden. Dieselbige wollest gegen bezalung der viertausent gulden, so die beschicht, überantworten. Wue aber auch her Severin Baner oder Michael Meidell von ko.mt. wegen das gelt furstrecken und übermachen wurden, wie wir an ko.mt. und inen bitten und gesynnen, so wollest inen auch die quitantzen zustellen, domit sie solch gelt auf Ostern widerumb von ko.mt. von unsertwegen entpfahen und erlagen mögen. Und nachdem wir ytzunder der sterblichen leuffe und ferligkeit halben yn der wildtnus sein und unser insigel nicht bey uns, haben wir die quitantz unther unserm secret auf papir geschrieben fertigen lassen in zuvorsicht, es sey genugsam etc. Ob aber ir mt. daran nicht gesettigt, so wollest dich von unsertwegen erbieten, das diese quitantz auf dietzmall zu einer urkunde von ko.mt. behalten und wir mit der bezalung derhalben nitt aufgezogen werden. So sein wir urbuttigk, eine andere quitantz mit unserm insigel zu geben und zu ubersenden. Welchs dir alles mit geburlicher entschuldigung wol wirdest aufs erste auszurichten wissen. Daran thust du unsere gefellige meynung. Datum ut supra.

N. 183.

Ortelsburgi (Szczytno), 6.I.1528.

*Albertus dux in Prussia
Michaeli Meidel Spiess, civi Cracoviensi,
regem se rogassee nuntiat, ut debita sibi 4000 florenorum summa Norim-
bergae in manus Casparis Nutzel persolvatur ad solvenda debita a
se in Germania contracta.*

(*Infra legitur:* In simili forma et eodem die ist an herrn Severin Baner geschrieben worden).

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 27v-28.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de commissariis ad dispiciendos et renovandos fines inter Prussiam et
Samogitiam utrinque deputandis.
(Schedula: rogat, ut propter absentiam suam conventus Elbingensis
aliquid differatur).*
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 265-267.

De finibus et granitiis Prussiae et Samogitiae.

Accepi literas Maiestatis Vestrae, in quibus scribit mihi Maiestas Vestra, quomodo Nobilis Nicolaus, Prefectus Poyurieviensis de terris Samogitiae, exposuerit Maiestati Vestrae, qualiter factor noster Kloy-pieciensis^a) Maiestati Vestrae propria auctoritate bonam terrae partem Maiestati Vestrae^b) in illo districtu ademisset etc., uti latius literae Maiestatis Vestrae habent. Nolumusque Maiestatem Vestram Regiam latere nobis de nihilo constare, quod Maiestati Vestrae per nostros ademptum sit, mallemusque non solum non adimere, aut me de finibus Maiestatis Vestrae intromittere, sed eosdem fines ^apro viribus meis, ut fidelis et subditus Princeps^b), tueri et defendere. Quare pro comperto habeat Maiestas Vestra me propria auctoritate nihil Maiestatis Vestrae occupasse. ^cSin autem superiori anno in praefato meo districtu Kloypieciensi, ubi indicavit Praefectus meus mihi ibidem ad quinque fere miliaria a Prefectis Maiestatis Vestrae occupatum et amotum et aliquos terminos amotos et exussos^d), scribam tamen praefato meo Prefecto, ut is me de hac re faciat certiore, si quid ultra fines debitos actum sit etc.

Ut autem termini antiqui et etiam ius Maiestatis Vestrae et meum iuxta antiqua literarum testimonia, hactenus in usu habita, observentur, petimus et desyderamus, ut et istorum et aliorum terminorum Commisarii a Maiestate Vestra quantocius deputentur, quibus et nostri Commissarii ad mandatum Maiestatis Vestrae adesse debent, qui de eisdem finibus, quod iure Maiestati Vestrae et mihi debetur, diligenter dispiciant et terminos antiquos renovari faciant. Ego interea eosdem proventus, qui litigiosi a Praefecto Maiestatis Vestrae habentur, sequestrare et depolare efficiam. Rogoque, Maiestas Vestra velit suo quoque Praefecto mandare, ut et is de proventibus ex nostris terris ademptis itidem faciat. Et nihil desidero neque cupio, quod iure mihi non competit. Quare rogo, Maiestas Vestra velit me habere excusatum. Non enim aliud ex me credere et sperare debet Maiestas Vestra quam de fideli subdito Principi et nepoti^e). Cui me etiam, ut Domino et patri clementissimo, omni qua possum diligentia commendo.

De fugitivis ex terra Samogitiae nullum scio, qui Domino suo esset denegatus. Plures enim ad scripta Dominorum suorum restituere feci et libenter bonam vicinitatem conservo. Datum Ortelspurg, VIII Ianuarii, anno XXVIII.

Schedula.

Intellexi etiam a nuntiis meis, quos in Conventu regio Peterkovie apud Maiestatem Vestram in re monetaria habui, quomodo in praefato Conventu p[re]e aliis arduis negotiis nihil a Maiestate Vestra factum, et

usque in Conventum, qui Elbingi ad secundam feriam post festum Purificationis Mariae Virginis hac in re monetaria observari debeat, prorogatum sit. Non tamen possum prefato termino tunc adfore aut nuntios mittere. Hoc enim die arripi iter Schlesiam versus, ubi Illustris Princeps, frater meus germanus senior, Dominus Georgius Marchio Brandenburgensis etc., et ego conveniemus, ut seniores ex nostris fratribus, de paternis nostris provintiis acturi, quomodo bono regimine provideantur. Quod quam maxime nunc operae pretium sit, post obitum Illustris Principis, fratris nostri dilectissimi, Domini Casimiri quondam Marchionis Brandenburgensis etc., pro prudentia regia Maiestas Vestra facile coniicere poterit. Quare rogo, Maiestas Vestra Regia velit praedictum Conventum Elbingi propter meam absentiam prorogare et differre usque ad diem unum in Quadragesima. Tunc enim ad mandatum Maiestatis Vestrae haud gravatim per nuntios meos comparebo. Et quicquid in Rempublicam et communem utilitatem in hoc monetae negotio utile et conducens erit, omni studio id efficere curabo. Rogoque, Maiestas Vestra velit hac prorogatione non gravari. Quibus me Maiestati Vestrae, ut Dominio et patri iterum clementissimo [commendo]. Datum ut supra.

Simili modo ad Dominum Christoferum Schidlowy whole eodem tempore.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 8 Ianuarii.

- a)-b) *in margine.*
- c)-d) *in margine sub textu.*
- z) *sic in ms.*
- 1) *Cleitodiensis?*

N. 185.

Legniciae, 29.I.1528.

*Albertus dux in Prussia
Michaeli Meidel Spiess et Severino Boner
de summa 4000 florenorum Norimbergae in manus Casparis Nutzel person
venda.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 27v-28.

N. 186.

E Regio Monte, 27.II.1528.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitia [Stanislao Kiežgajlo]
pro Nicolao Jahn, subdito suo, qui licet permissum capitanei ad caedenda
ligna obtinuerit, tamen a malevolis quibusdam in eo impeditur, inter-
cedit, ut scriptam permissionem habere possit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 21-23.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Stanislaο Kiežgajło]
rogat, ut opera cmethonum ex ditione sua uti possit ad aedificium quod-
dam Cleipodiae construendum.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 23.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de re monetaria.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 268-271

De re monetaria.

Serenissime Rex et Domine Clementissime.

Redierunt ex Conventu Elbingensi, secunda feria post Oculi proxime celebrato, Nuntii mei, qui mihi ea, quae ibidem in re monetaria tractata erant, retulerunt. Et licet ego cum subditis Ducatus mei hac de re monetaria varia et multa consilia mutuo habuimus, non tamen ex multis arduis causis invenire potuimus. Quod Maiestati Vestrae, mihi ac aliis, qui in Regno Poloniae regalia et monetam cudere ex privilegio habent, possibile esse^{re}) repente tantum monetae cudere, quantum Regno et provinciis satis foret, tum propter pene innumeram monetae summam, quam Regnum tam amplum requirit, tum etiam propter iacturam, quam incollae Regni ex abrogatione grossorum dimidiorum Polonicorum et Schwidnicensium, qui pene iam per totum Regnum in mercimoniis utuntur, maximo cum eorum dispendio accepturi essent. Referuntque mihi officiales mei, cum iam passim homines de abrogatione et prohibitione dimidiorum grossorum tractari intelligunt, quod se defraudatos et murmurant et conqueruntur propter diutinam istius monetae patientiam et quod meliorem exportari permiserim.

Cum autem in facultate mea penitus non sit tantum argenti comparare, ex quo pro Ducatu meo moneta, quae ei Ducatui sufficeret, formari posset, quare ego ad mentem revocavi tam iacturam meorum subditorum, quam meam impossibilitatem, hisque causis moti sumus ego cum meis et conveniens ac utile nobis visum fuit, quod iam percussa moneta a Regia Vestra Maiestate, videlicet grossorum, dimidiorum grossorum et denariorum, ita quod decem et octo denarii Polonici et viginti quatuor denarii Pruthenicales grossum, et duo dimidii grossi unum integrum, et novem Polonici seu duodecim Pruthenicales denarii dimidium grossum valerent. Sicut iam in usu sunt, in eo usu manerent. Et ego me in hoc Maiestati Vestrae conformarem.

Cum autem in praefato Conventu per Oratorem Regiae Vestrae Maiestatis proponi et mandari intellecterim, puto, quod Regia Vestra Maiestas vult, quod grossi solidi, quorum tres grossum, et denarii, quorum octo solidum constituunt,くだantur et per totum Regnum in equali valore currant, sicuti Gdani tractatum sit. In quem modum altera Prussiae pars Regiae Vestrae Maiestati iam in Conventu Elbingensi consensit. Nescio tamen hodie, quomodo possim in Ducatu meo repente novam sufficientem monetam cudere et veterem dimidiorum grossorum, quorum provintia mea pene referta est, abrogare. Conclamant et vehementer conqueruntur subditi mei, quod nemo aliis in hac melioratione monetae gravatur, quam ipsi pauperes, qui censum et tributum pendent. Nec extat modo moneta preter dimidii grossi Polonici, qua ipsi pauperes pro pane et quotidiana corporis necessitate erogare et uti possent. De quo indies pervenit ad me lamentabilis ac miseranda querela. Ex qua timendum, ne deterius, quam iam perpenditur, sequi posset.

Et cum Regiam Vestram Maiestatem minime lateat, qualis sit iam in orbe status et conditio, et quam noviter novum ad regimen meum devenerim, nollem ego, quod Maiestati Vestrae Regiae aut mihi id impingeretur, de quo Maiestatem Vestram ac me bene excusatos scio. Et cum ad diem Sancti Stanislai proxime futurum Marienburgii finaliter in re monetaria concludi debeat, et ego in hunc modum mentem Vestrae Maiestatis antea non consideraverim, mihiq; ea renovatio difficilis et quasi impossibilis sit, quare constitui ante eundem diem a Regia Vestra Maiestate, tanquam a Domino et patre meo clementissimo, consilium in hac re petere. Licetque non diffido, quod Maiestas Vestra Regia argento pro moneta Regni sui sit sufficienter provisa, rogo tamen quam diligenter, Maiestas Vestra non velit gravari et adhuc de hoc negotio cogitare et me de mente sua facere certiorem.

Movent enim me quam maxime causae praefatae, et ne postea, cum res optatum finem attingere non posset, a proposito cum dispendio et ignominia desistendum foret. Taceo id, si Maiestati Vestrae ac Regno bellum contingaret, quod Deus Omnipotens clementer avertere velit, qua iactura stipendiariis, milites cum moneta quanti conducendi et solaria prestanda forent. Preterea velit Maiestas Vestra perpendere maximum damnum, quod Maiestas Vestra in hac renovatione monetae, videlicet in tributo monetae cudendae et melioratione novae ac abrogatione et permutatione veteris et modernae monetae, passura sit.

Et ex praedictis omnibus causis adhuc et postremo propter pauperes meos subditos ac propter Deum ad Maiestatem Vestram rogatum venio, Regia Vestra Maiestas velit monetam, si ullo pacto fieri potest, in eo, quo iam est cursu et valore, permittere. Quae omnia Maiestas Vestra velit ex me, tanquam ex Principe et nepotiz^{z)} suo fidelis ac deditissimus, eo, quo feci animo, bene suscipere et intelligere. Quicquid enim in honorem, rem et utilitatem tam Regiae Vestrae Maiestatis, quam suorum ac Regni, facere possum, inveniet me Regia Vestra Maiestas diligentissimum et observantissimum. Quibus me Vestrae Maiestati commendo etc. Datum Konigisbergii, ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, decima sexta Martii.

^{z)} sic in ms.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de quibusdam suspicionibus a rege Ferdinando in rebus Hungariae contra
ipsum suspectis miratur; de filio Christophoro Szydłowiecki nato
gaudet; timet, ne ex adituum in Silesiam paecluseione aliquid discor-
diae oriatur; scire vult, an Szydłowiecki regem in Lithuaniae securu-
rus sit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 272-273.

De dobus Regibus Hungariae. De abitu paecluso in Silesiam.

S[alutatio].

Mirari satis non possumus, quomodo acciderit, ut Serenissimus Do-
minus Ferdinandus Rex Hungariae Bohemiaeque intellexerit nos a Se-
renissimo Domino Ioanne, altero Hungariae Rege, accitos in exercitus
sui primarium ducem. Quod utique a Rege Ioanne summa quidem opera
a nobis petitum, negare nec possumus nec volumus. Nos tamen quale tum
responsum, tam sollicitatoribus Regis Ioannis, quam etiam Reverendissi-
mo Domino Archiepiscopo Gneznensi¹⁾, dederimus, malum Magnificam
Dominationem Vestram ex Nicolao Niptitz intelligere, qui nostro nomine
utrisque respondit. Caeterum perplacuit, quod Magnifica Dominatio Ves-
tra scribit Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, eo
niti, quo ambos Serenissimos Reges, Ferdinandum et Ioannem, compo-
nat. Quod Christus Optimus Maximus bene vertat.

Iucundissimum autem omnium nobis fuit, quod Magnificentia Vestra
scripsit se auctam hiis diebus filiolo. Quae res moerorem, quem ex pae-
matura morte dilectissimae filiolae nostrae secundae, post horam a partu
defunctae, conceperamus, ita lenivit, ut ferme etiam depulerit. Deus fa-
xit, ut uterque nostrum filios filiorum suorum videat et pacem super
Israel.

Intelleximus denuo paeclusos prohibitos omnes aditus viasque in
Slesiam, idque procurantibus aliquibus Ordinibus Regni Poloniae, non
sine et Slesitarum indignatione et horum maxima invidia. Quare Magni-
ficam Dominationem Vestram magnopere rogamus, solita innataque mo-
deratione prudentiaque sua curet provideatque, ne quid hinc inde mali
discordiarumque fomitis succrescat oriaturque. Nos Magnificentiae Ves-
trae tantum significasse satis duximus. Sapiens et astris, nedum huiusmo-
di malorum initii, dominatur.

Quod Regia Maiestas in Lithuaniae proficiscitur, domi relicts pro-
ceribus Regni Poloniae, literis nobis significatum est. Cum autem igno-
remus, maneat-ne et Magnifica Dominatio Vestra an sequutura sit Re-
gem, petimus autem vehementer id nobis manifestaturum iri²⁾, quo scia-
mus, qua nobis ad Magnificam Dominationem Vestram literae nostrae
sint mittendae. Eandem Magnificam Dominationem Vestram cum sua-
vissima coniuge³⁾ et liberis multum salvere et valere exoptamus. Cui nos
post Regiam Reginalemque³⁾ Maiestatem unice commendamus. Datum ut
supra.

*In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum Schidlowytz, 18
Martii 1528.*

2) sic in ms.

1) Ioannes Łaski.

2) Sophia de Targowisko.

3) Bona.

N. 190.

E Regio Monte, 19.III.1528.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Baliński, castellano Gedanensi,
pro opera sua apud regem in negotio, de quo Ortelsburgi una tractave-
runt, gratias agit et sperat se plura accepturum a consiliario suo,
Ioanne a Besenrade, ad Conventum Elbingensem misso; de amicitia
inter uxorem suam [Dorotheam] et reginam [Bonam] opera eius
(scil. Ioannis Baliński) inita nuntiat et gaudet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 273-274.

N. 191.

E Regio Monte, 21.III.1528.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Ioanne (in ms. Jano) Belnwytzky (sic in ms.), Samogita, intercedit,
ut praefecturam quandam in Samogitia obtinere possit.
(Sub textu: Simili modo mutatis mutandis ad Reginam [Bonam] et
Episcopum Cracoviensem [Petrum Tomicki]).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 274-275.

N. 192.

E Regio Monte, 26.III.1528.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Zambocki

*negotium suum monetarium apud regem promovendum commendat et
rogat, ut responsum in hac re regium quam citissime sibi mitti pro-
curet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 276.

N. 193.

E Regio Monte, 28.III.1528.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Baliński, castellano Gedanensi,
cornu uri (« vel tauri silvestris »), Ortelsburgi in venatione ei promis-
sum, ad usum venatorum praeparatum ac de uro « nostris manibus
interfecto sumptum » dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 276-277.

N. 194.

E Regio Monte, 28.III.1528..

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

*accludit supplicationem (supplicem libellum) subditi sui, Ioannis Alex-
wang, et rogat, ne civi Gedanensi, Rainaldo Angermunge, quocum
eidem Ioanni Axelwang lis de debita ei pecunia intercedit, tertia ad
regem appellatio (provocatio) permittatur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 29-29v.

N. 195.

E Regio Monte, 31.III.1528..

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de mercatore Ioachimo Fittel propter falsam monetam a se custodiae
tradito.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 277-278.

N. 196.

E Regio Monte, 2.IV.1528..

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de rege Ferdinando regem Ioannem in Poloniam usque persecuturo; de
presbyteris liberatis in Regium Montem advehendis.*

Cfr. El. XXXIV, NN. 109, 110.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 279.

De Rege Ferdinando. Item de presbyteris e carcere liberatis.
Magnifice Frater.

Exempla literarum Serenissimi Regis Ferdinandi, simul et Pauli Cra-
soffsky, cum literis Illustritatis Vestrae accepimus. Exosculamus amo-
rem eius in nos atque magnam agimus gratiam, quod rerum Hungari-
carum nos certiores reddidit. Nos, si quid novarum rerum nobis fuisset,
missemus Illustrati Vestrae et libenter et diligenter, Serenissimum
Regem Ioannem Serenissimus Rex Ferdinandus vel in Poloniae sacrum
Regnum persequuturum intelleximus. Optamus plurimum, ut bene vertat
et ut fiat absque florentissimi huius Regni incolarumque et iniuria et
offensione.

Quadrigam misissemus pro advehendis presbyteris, sed ante nos demandavimus nuntio nostro, cui proximas ad Magnificentiam Vestram literas dedimus, ut sua opera curaret eosdem nostris impensis hic advehi. Nec dubitamus, quin Illustritas Vestra iam nunc acceperit literas nostras binas, quas eidem misimus, priores 16, posteriores autem 18 Martii. Optamus et nos vicissim, una cum Illustrissima nostra coniuge¹⁾, Illustritatem Vestram cum suavissimis coniuge et liberis vitam vivere suavem. Si fata permiserint Christoferi iunioris²⁾ olim nos frui consuetudine, nostrum erit cum foenore eidem hanc amicitiam, haec humanitatis officia, hanc benevolentiam reddere, quam a fratre, quem huic non possumus, accepimus. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum Schidlowyetz, 2 Aprilis.

1) *Dorothea.*

2) *Szydłowiecki.*

N. 197.

E Regio Monte, 4.IV.1528.

*Albertus dux in Prussia
castellano Posnaniensi [Lucae a Górką]
pro novis de rebus Hungaricis sibi significatis gratias agit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 280.

De novis Hungaricis.

[Quod] Magnificentia Vestra rerum Hungaricarum nova per providum virum Erasmum Pflock communicaverit, agimus in primis pro tanta humanitate Vestrae Magnificentiae magnas gracias. Agnoscamus enim in hoc benevolum et amicum Vestrae Magnificentiae animum. Verum nova ista aequa tristia nobis auditu erant ac Magnificentiae Vestrae. Nam quicquid adversi Regno^{a)} Poloniae eisdem incolis accidit, id et nobis contigisse arbitramur, cuius prosperam fortunam et incrementum cupimus ex animo. Sed divinae voluntati et in his^{b)} et in aliis semper obtemperandum est, quae bene vertat omnia. Nos vero, si pro commodo et pace incliti Regni Poloniae quicquam agere possemus, in eo nullus labor nullaque diligentia unquam in nobis desideraretur. Praeterea Magnificentiam Vestram rogamus, perget eo in nos esse animo, quaem hucusque a Magnificentia Vestra perspeximus, hoc [est] praesincerum et benevolum. Atque non gravari velit nobis nova, si qua successu temporis vel ex Hungaria vel ex Italia usuvenient. Quod si quid et apud nos erit novi, vicissim faciemus. Scripsissemus Magnificentiae Vestrae iam quoque nova, sed nulla, quae Magnificentiae Vestrae non essent nota, nobis erant. Valeat felicissime Magnificentia Vestra, cui nos commendamus. Datum ut supra.
In initio epistolae in margine: Ad Castellanum Posnaniensem, 4 Aprilis.

a) *in ms. Regni*

b) *sequitur expunctur: litteris*

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Ioanne Nimptsch prolixe interpellat, ut ei rex culpam ignoscat et e carcere eum liberari iubeat.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 281-282.

Pro Ioanne Nemischtz.

Quando cristianus populus cras annua memoria celebret Domini nostri Iesu Christi regium ingressum in Sanctam Civitatem, observo temporis conditionem et ita formo salutationem: Regem Sigismundum propitiis oculis respiciat Rex Sion, qui venit mansuetus sedens super asinam et pullum, filium subiugalis. Prophetae verbis, arbitror, non intempestive utor iuxta temporis rationem. Mense Iulio interposui sedulas preces meas, Serenissime Rex, pro Iohanne Nemisco, si quo modo potuisse supliciter rogando regiam indignationem mitigare et hominem captivum post tantum temporis reddere lugubri uxori atque calamitosis liberis, habentibus patrem non patrem. Pollicebar tum mihi bonam spem et eram pene in animo compos voti. Sed fecerit me expectatio et herebat Regia Maiestas, causam, ob quam irrogata est, intercessioni meae repulsa²⁾. Haud tamen arbitror tam propitiis Regis aures obsurduisse^{a)} mihi, ut putem non superesse ulteriorem locum procedendi et precandi. Igitur denuo oro, rogo, precor, obtestor, priorumque literarum preces omnes saepius ingemino, regius animus permittat se demum flecti atque post diuturnam severitatem appareat clementi vultu, uti mea intercessione aperto carcere liceat squalido captivo tandem aliquando redire ad suos. Non patruginor delinquenti, non excuso peccatum^{b)}, quod satis grave esse non dubito, sed cupio post diuturnam tempestatem, post densos nimbus, aperire nobis benignum solem, sudum celum, hoc est, ut mitigata ira experiamur clementem Regem. Nullum video periculum in liberatione [eius], qui nunc tenetur captivus sub regia potestate. Donetur mihi, uti sub meo dominio degat. Procurabitur sufficiens cautio, ne quod ab illo discrimen^{c)} inpendeat. Sic agam, sic constringam donatum mihi firmissimo iureiurando, intercludam omnes vias elabendi aut ulciscendi, curabo graves fideiussores pari, obligationes inevitables interponi. Nil providentiae praeteribo, quo caveat, ne quid damni sive civitati Dantiscanae, sive incolis imminetur^{d)}.

Quod cum rite providebitur, non video, cur Regia Vestra Maiestas velit tam enixas preces meas vento mandare ac ita agere, ut diutius sit uxor vidua, cuius vivat maritus, et maritus uxori non vivat, qui non sit mortuus, atque orphani liberi, quorum inter vivos habeatur^{d)} pater, quanquam qui in carcere vivunt, mortui simul sunt et vivi. Non tempero mihi, quin saepius replicem preces, si quo modo clementiam Regis consequar. Est in foribus magna^{e)} hebdomada, prodeant Regis vexilla, fulget crucis misterium. Debemus christiani his diebus toti esse in meditatione celestium benefactorum, cogitare diutinum bellum devictum Christo triumphatore, extinctam^{f)} mortem sanguine immaculati, maledictionem interemptam, diaboli tirannidem subactam^{g)} pedibus, direptis potentis vasa²⁾, reconciliatos nos Deo, factum celum penetrabile, praepositum nobis convivium agni pascalis. Quae omnia nobis suggerunt mititatem

Christi Servatoris, acerrimo mortis genere delicta nostra expiantis, ut discamus ipsi pariter per misericordiam et ignoscentiam mutua commissa condonare et suplicibus dare veniam. Solebant olim Reges et Principes hac hebdomada magna aperire vincula^{b)}, custodias, ergastula, nec unquam captivo denegare liberationem, turpe scilicet ducentes christiano christianum tenere in carcere eo tempore, quo per omnem orbem fidelium populo ageretur omnium^{j)} iucundissima et saluberrima recordatio liberatrix Christi, et ut e sempiterno nos carcere eriperet, turpissimae^{k)} mortis ignominiam subire et manibus nocentium tradi non dubitavit. Dignetur Regia Vestra Maiestas tale exemplum misericordiae praestare et exaudire filium et subditum suum Albertum, qui nisi ex suplici animo precaretur, invenisset alia verba. Custodiat quam diutissime Regiam Vestram Maiestatem Rex noster veniens nobis mansuetus in asella. Datum ut supra.

In initio epistolae in margine: Ad Regem Poloniae, 4 Aprilis.

- | | |
|--------------------------------|-------------------------------|
| a) in ms. obsorduisse | g) in ms. subactum |
| b) in ms. pectatum | h) sequitur expunctum: magnas |
| c) in ms. discrimein | i) in ms. fidelis |
| d) sequitur expunctum: mortuus | j) sequitur expunctum: ac |
| e) in ms. bis scriptum. | k) in ms. turpissimo |
| f) in ms. extinctum | z) sic in ms. |

N. 199.

E Regio Monte, 4.IV.1528.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitia (Stanislaw Kiežgajło)
pro equis et canibus venaticis sibi per nuntium eius, Ioannem Glaubitz,
dono missis gratias agit et eundem nuntium, quod tardius redierit,
excusat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 283.

N. 200.

E Regio Monte, 7.IV.1528.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
se pacem a Deo orare ait, « quum aliis non sit, qui pro nobis pugnare
tamque validissimum hostem Turcam prosternere possit »; pro filio
herede sibi exoptato gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 284.

E Regio Monte, 7.IV.1528.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Baliński, castellano Gedanensi,
pro novis de rebus Hungaricis et pro amicitia gratias agit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 284-285.

Binas literas eodem tempore et nuntio a Magnificentia Vestra accepimus, diversis tamen diebus scriptas. Quarum prioribus Magnificentia Vestra nobis gratiam agit, impendio maiorem, dono missi cornu causa; alteris autem iterum nos certiores facit pugnae Hungariae^{a)}, additis literis Magnifici Domini Christofori de Schidlowytz. Persuadent nobis tam illae, quam hae, a Magnificentia Vestra et plurimum et^{a)} vehementer diligi. Qui enim fieret, ut tam exiguo munere caperetur tantus vir, nisi amanti et grato animo omnia essent gratissima? aut nobis leve amoris inditium dixerimus tam diligentia cura iterum atque iterum Hungaricorum rerum faciem nobis describi? Potuit Serenissimus Dominus Rex Ferdinandus rerum Hungaricarum potiri et Regis Ioannis esse victor. Nos non committemus, ut vel officio vel benevolentia nos a Magnificentia Vestra victos esse unquam quis obiciat. Hoc meretur tanta humanitas, tanta animi, non loci humilitas. Gratiam itaque et nos agimus Magnificentiae Vestrae multam, et ob res novas nobis communicatas tam celeriter, impensis propriis, et ob singularem Magnificentiae Vestrae in nos amorem. Quo fidentes Vestram Magnificentiam et hiis literis Domino Christoforo inscriptis oneramus, non quidem ut evestigio mittantur, sed ut oblati nuntii occasionem^{b)} expectent. Vestram Magnificentiam eius bonitati et clementiae commendamus, cuius nunc celebramus transitum. Datum ut supra.

In initio epistolae in margine: Ad Ioannem Balyunszky, 7 Aprilis.

a) in ms. bis scriptum.

b) sequitur expunctum: cuius nunc

z) sic in ms.

E Regio Monte, 9.IV.1528.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Samogitiae [Stanislaw Kiežgajło]

*pro nuntio de mittendis operariis ad aedificium Cleipodiae exstruendum
gratias agit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 23.

N. 203.

E Regio Monte, 9.IV.1528.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

pro litteris (zur Wild Freitags fur Iudica datis) gratias agit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 30.

N. 204.

E Regio Monte, 15.IV.1528.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de suo cum fratre suo, marchione Georgio, futuro ad regem adventu ad certa negotia sua tractanda.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 286-287.

Dicit se cum fratre, Georgio Marchione Brandenburgensi, ad Regiam Maiestatem venturum.

Serenissime ac Potentissime Rex.

Regiam Vestram Maiestatem bono et obsequioso animo scire velim, Illustrum Dominum Georgium Marchionem Brandenburgensem etc., fratrem meum charissimum, me rogasse, vellem Regiae Vestrae Maiestati significare, uti Sua Illustritas ad dietam quandam, quae ad festum Trinitatis in oppido Crossenn celebrabitur, me ad se aliosque Dominos et amicos vocaverit, ubi inter alia nostra negotia et ea, quae nostris ditinibus videntur esse necessaria, consulturi sumus, atque hinc Illustratatem Suam mecum ad Regiam Vestram Maiestatem proficisci secum in animo constituisse. Verum quum Illustris Dominus Casimirus, frater noster foelicis recordationis, ex divina voluntate ex hoc saeculo migraverit, relicto post se filiolo, rogamus ambo Regiam Vestram Maiestatem obnixe, eadem dignetur huiusmodi temporis spatium non aegre ferre. Atque deinde coram Regia Vestra Maiestate in hac aliisque causis comparebimus, tractaturi tum cum omni obedientia et obsequio quae et res et necessitas nostra postulabunt. Id quod Sua Illustritas et ego erga Regiam Vestram Maiestatem summo studio et diligentia promererri curabimus. Datum Konigisbergii, 15 Aprilis etc.

In initio epistolae in margine: Ad Regem Poloniae 15 Aprilis.

N. 205.

E Regio Monte, 18.IV.1528.

Albertus dux in Prussia

Catharinae Kryska (in ms. Criska), viduae Bartnicka, heredi in Narzym, ad litteras eius supplicatorias in re religionis respondet.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 289-290.

De religione.

Legimus litteras tuas supplicatorias^{a)}, ex hiisque quid a nobis petas, intelleximus, ad quod id tibi pro responso damus.

Institutus est antehac a nobis per Ducatum nostrum in rebus divinis ordo, verbo divino et evangelicae^{b)} veritati consentaneus et assimilis, cui contravenire et agere diversum contra eundem non est nobis animus. Praeterea tu, cum bonis tuis sub iurisdictione Reverendi Patris, Domini Erhardi Episcopi Pomezaniensis¹⁾, nobis dilecti, habitas, qui ea in re id, quod et iustum erit et ratio aequitatis suadebit, fieri procurabit. Tantum ad tua in praesentiarum respondere voluimus. Datum ex Monte Regio decima octava mensis Aprilis anno millesimo quingentesimo vicesimo octavo.

In initio epistolae in margine: Catherinae Criska, heredi in Trazyn.

- a) *in ms.* supplicatoria
- b) *in ms.* evangelici
- 1) *Quies.*

N. 206.

E Regio Monte, 21.IV.1528.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,

« rerum Hungaricarum Italicarumque atque aliarum faciem » mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 286.

N. 207.

E Regio Monte, 25.IV.1528.

Albertus dux in Prussia

palatino [Felici Brzeski] altisque consiliariis Ducatus Masoviae ad litteras eorum, quibus pro nobili Iacobo Lachowski intercedebant, ut ei profugi cmethones in Ducatu Prussiae latitantes restituerentur, respondebat eosdem cmethones non esse profugos, sed ab eodem Lachowski libertate donatos, ipsum vero Lachowski subdito cuidam suo (i.e. ducis Alberti) in Ducatu Masoviae ultra 150 marcas abstulisse.

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, NN. 105, 108.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 287-289.

N. 208.

E Regio Monte, 5.V.1528.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,

litteras regias passus per Pomeranię sibi procurari petit pro famulis suis, Caspare de Rechenberg et Valentino Wiesener, quos in Frisię ad emendos equos mittit.

(Latine)

Cfr. El. XXXIV, N. 112.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 290-291.

E Regio Monte, 31.V.1528.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Caspare Grunaw, sutore Varsaviensi, intercedit et rogat, ut rex negotium eius «capitaneo Ducatus Masoviae» committat, quo «civitati reddatur suus civis, liberisque et uxori pater et maritus».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 291-292.

E Regio Monte, 4.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario, significat nuntium praeematura et inopinatae mortis Christophori de Nadbórz adulescentis, capitanei Nacklensis.

Cfr. El. XXXIV, N. 115.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 292-297.

De morte Christoferi Danaborthz, Capitanei Nacklensis^{a)} etc.

Petierant a nobis Electores Imperii Romani, fratres item, agnati, affines Principes, Domini nostri charissimi, ut certo designatoque die coiremus in Silesia ad componenda negotia pro terrarum eorundem utilitate, populorum quiete, amicitarum sanctitate conservanda. Cui rei facile consensimus, pacem publicam nostris negotiis privatis preponentes. Ita fit, ut primoribus consiliariis atque perpaucis aulicis nostris adiunctis iter maturamus. Erat autem et in eo numero nobilis et generosus Dominus Christoferus Danaborthz, Capitaneus Nacklensis. Venimus Risenburgium. Hic redundunt nobis Illustrissimi Principis Marchionis Georgii, fratris nostri charissimi, aliorum item Principum Iterae, quibus prestituta dies abnunciatur, addita causa, quod scilicet Serenissimus Rex Ferdinandus fratrem nostrum, Marchionem Georgium, ad se vocarit, tractaturus cum eodem de Ducatu Opolensi, iam dudum a retro Regibus Bohemiae eidem in feudum concesso. Vertimus itaque terga et haud procul a Konigisbergio divertimus in oppidum nostrum Heiligennbeyll, ibi a coena, ut fit, dictus Christoferus cum aliquibus nostris equitibus palestram in coemiterio, haud bonis avibus, statuit, ubi iactandis^{b)} lapidibus^{c)} victor Livoniensem quandam, quicum ei semper iucunda fuerat consuetudo, aulae nostrae alumnum, in singulare gladiatorium certamen vocat, statimque e fruticibus proximis baculos aequalis magnitudinis parat.

Livoniensis palestritam se negat, imo rusticum prae se ferre magis quam pugilem aut gladiatorem exercitum. Repetit ille complacere sibi inertem exercitationem, addens susque deque laturum se^{d)}, si quid durius sibi contigerit. Id quod et Livoniensis promittit. Tales enim aula nutrit homines, ut velit vincere quivis vel ingenio vel viribus vel fortitudine provocatus. Christoferus, ut erat^{e)} adulescens suavi ingenio, corpore agili et gracili, prior et corporis vires et artis experientiam non

sine aliorum admiratione et laude ostentat. Coepto autem certamine Christoferus, ut luserat, prior quoque Livoniensem gravi vulnere, sive casu sive ita fato volente, afficit. Livoniensis, ubi sentit gelidum sanguinem fronte vultuque defluere, vicissim baculum, quo pro ense utebatur, capiti vulnerantis inflxit. Statim Christoferus nixus aliquandiu poplite altero, coepit terram appetere. Quo viso accurrit Livoniensis, deprecans hanc culpam simul et recipiens casu, non voluntate sua accidisse.

Christoferus respirans tandem et animum reducens, hospitium reddit atque cyrurgicalum, qui nos comitabatur, per suos accersiri fecit. Hic nihil letale suspiciens^{e)}, rem ad nos referre distulit. Media nocte Christoferus coepit immodicum capitis dolorem querere praeter omnium spem, nam vulnus erat longum vix digitum dimidiatum. Mane facto circiter horam octavam nos rei huius per nostros primum sumus edocti, quam, Deum immortalem, qui noster erat in adulescentem optimis moribus, optima spe, optima indole praeditum animus et amor, aegre ac graviter tulimus, statim de Livoniense inquirentes, qui iam fuga sibi consuluerat. Visimus ipsi aegrotantem atque cirurgico nostro hominis nobis prae modum dilecti curam diligenter commendamus. Aberat medicus noster, quem Brandenburgii reliqueramus^{g)} apud gravi febri correptum nepotem, Illustrem Dominum Ernestum de Henneberg, longum autem erat nobis eius diei iter quatuor miliaribus. Currum itaque nostrum pro Christofero vehendo destinavimus.

Ubi Brandenburgium venimus, statim iubemus medicum aegrotantem Christoferum accedere. Nos quoque medicum sequuti sumus, sed interim et apoplexia hominem occuperat, ita ut membra suis officiis derelictis errare coeperunt^{b)}, atque eo die, sic volente Deo, nobis autem omnibusque nostris unitis, summo sui desiderio relicto, ultimum reddidit spiritum. Ex cuius charissimi nobis adulescentis, qui non solum nostrum, sed omnium nostrorum amorem sibi conciliauerat, praematura morte quantum doloris nobis accesserit, exprimere non potest epistola. Dolet enim nobis, quod primo in flore extinctus est casu miserabilis extra patriam et apud nos, qui unice amabamus hominem, et a quo nos vicissim plurimum et reverenter observari et coli videbamus. Longe autem omnium maxime dolet, quod summa non est consecutus, quae dubio procul virtutes eius maturas manebant. Sed haec est benigna Patris omnium misericordiarum, Dei nostri, voluntas rapere homines iuniores, ne malitia mutet intellectum. Solamur autem nos vel unica hac re, quod et si nunquam praematura mors optanda fuit adulescentibus et iunioribus Reipublicae et nobis charis, tamen nunc minus dolendum nobis videtur, quando mundus dehiscere videtur malis et instantem suum finem praesagire malorum suorum mole, ut id temporis non illos ammitat Respublica, sed priores illi Rempublicam amisisse dici possint. Nos dolorem humum nostrum et candide et libenter et recte in fratris sinum effudimus, quando non tam interesse putamus, quo animo scribatur, quam quo accipiatur. Dubitamus autem nequicquam Illustrem Vestram Magnificentiam nostro dolore plurimum movere. Quam in Domino valere percupimus. Datum ut supra.

In initio epistolae in margine: Ad Christoferum Schidlowytz, 4 Iunii.

a) *in ms. Nacklensi*

e) *in ms. erans*

b) *in ms. iactandus*

f) *in ms. suspiciens*

c) *sequitur expunctum: palestram*

g) *in ms. relinquamus*

d) *sequitur expuncta littera: q*

h) *error pro: cooperint*

Sub textu:

Simili modo ad Capitaneum Marienburgensem Cosolcliszky, item ad Capitaneum Strasburgensem, ad Capitaneum Posnaniensem etc. Dominum Andream.

Item ad matrem Christoferi, cui in conclusione literarum hoc erat scriptum, ut sequitur:

Cum autem ea sit conditio humana, ut etiam nescientes moriamur finisque pendeat ab origine, nec magnopere id temporis vita longior optanda sit, quando vel nisi mala sonet mundus eaque vel sola mors^{a)} nos ex hac valle transeuntes^{b)} ianuam praebeat vitae aeternae, vitae tranquillae, vitae beatae, ubi cum Patre nostro et Deo vero semper erimus, nihil dubitamus Vestram Magnificentiam hunc casum et filii mortem aequo placidoque animo, christiana item modestia laturam, cum et aethniconrum vox sit neminem nisi sua culpa diu dolere. Rogamus autem Deum consolationis et Patrem omnium misericordiarum, arceat faciatque sua benigna voluntate arescere has lachrymas. Nos, si qua in re Magnificentiae Vestrae commodare poterimus, non desyderabitur nostra opera. Bene valete. Datum ut supra.

a)-b) *sic in ms., fortassis error amanuensis
pro: nobis ex hac valle transeuntibus,
vel omissio aliquot verborum.*

N. 211.

E Regio Monte, 4.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
pro litteris salvi conductus missis gratias agit; de tardiore responsione
se excusat; de incendio Cracoviae dolet et rogat, ut ei significetur,
« si qui huius mali facinoris authores inventi fuerint ».*

(Latine)

Cjr. El. XXXIV, NN. 110, 112.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 298-299.

N. 212.

E Regio Monte, 4.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Baliński, castellano Gedanensi,
causam cuiusdam subditae suae, villaे Proppendorff hereditariae, se
capitaneo suo in Preussischmark significasse nuntiat; operam tor-
mentariorum suorum, si quae tormenta conflare velit, ei offert.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 299-300.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
pro novis gratias agit; refert de principis Elisabeth ob causam religio-
nis a marito suo, Ioachimo marchione Brandenburgensi, discessu;
de landgravii Hassiae bellicis conatibus; de falsae monetae auctori-
bus inquirendis; de negotio monetae cudenda; de teloneo Kucker-
neese.*

Cfr. El. XXXIV, NN. 111, 114.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 307-309.

De rebus novis. De discessu Principis Elizabeth¹⁾ a Domino et marito suo, Marchione Brandenburgensi. De conspiratione Principum deque moneta cudenda etc.

Ternas litteras accepimus ab Illustri Vestra Magnificentia, primas Konigisbergii, antequam iter moveremus, secundas Risenburgii in itinere, tertias domum reversi. Primis nobis res novas communicat, probamus sedulitatem officii agimusque gratiam magnam. Secundis petit causam, quare a Domino et marito suo discesserit Illustrissima Princeps Elizabeth, affinis nostra. Ea quidem hucusque nec nobis certa est, nisi quod rumore ad nos defertur Illustrissimum Marchionem Ioachimum, quo est in Evangelium odio, interdixisse uxori, ut mentem alienet a Lutheranismo. Sic enim vocant Salvatoris nostri Apostolorumque sancta dogmata, aut ubi quid pie et christiane aut dictum aut factum fuerit. Quod nifueret intra certum et praefinitum tempus, manebant bonam et piam Principem poenae, quae corporis, animae atque honoris iacturam allaturae erant. Agit una cum fratre, Serenissimo Rege Cristierno²⁾, apud Illustrissimum Electorem Ioannem Ducem Saxoniae.

Illustris Dominus Landtgravius³⁾ decem peditum, quatuor autem equitum milium exercitus ducem prestat. Conduxit item in Holsatia mille et quingentos equites, quorum quadringentis proximo Sanctae Trinitatis festo in Sehenburg conscribentur, aere Regis Danorum quatuor menses militaturi. Caeteri expectabunt eiusdem litteras et nuntium. Huius rei causam speramus propediem Illustri Magnificentiae Vestrae notam fieri. Fertur tamen conspirationem aliquorum anteverti hoc Langgravii consilio, non tam vi quam necessitate sumpto. Ubi apertius loqui licuerit, aut rerum eventu aut certae causae nobis significatione facta, non celabo hanc toti Germaniae propemodum haud insalubrem (ut speramus) rem, qua scilicet aut pacem speramus eidem, aut bella saltem leviora, quando in ea incidimus tempora, ut non nisi bella, caedes, strages, perfidiam, homicidia, incendia, famem, pestilentias, mortes audiant sonentque.

Tertiae litterae commonefaciebant nos de inquirendis auctoribus falsae monetae. Qua in re quidem nihil operae praetermissimus. Sed tandem ipsum Ioachymum⁴⁾, explorata eius innocentia, libertati restituimus, utpote alioqui inculpatae vitae hominem, et qui monetam sibi missam falsam esse nobis detexerit primus omnium. Hoc tamen fidei Illustris Magnificentiae Vestrae significandum duximus, esse, qui officinae regiae prepositos ministros vel invitatos errorem hunc admisisse putent. Quod, si placuerit, exploret Illustris Magnificentia Vestra a Friderico Schmaltz, civi Posnaniensi, rei veritatem. Qui tamen error facile arceri poterit,

signentur modo laminae, aut obolis, aut denariis, aut grossis etc. designatae. Cuius rei si Regia Maiestas per Illustrem Magnificentiam Vestram monita fuerit, atque deinceps per eandem regii monetarii, speramus fore, ut illorum cura et diligentia in cudendis monetis, aliorum deinceps innocentia tuta et salva sit.

His diebus negotium cudendae monetae tractandum est, et nos in Regiae Maiestatis condescendimus sententiam, sperantes a Regia Maiestate olim fortunas nostras auctas fore. Nam quod fit, nostrarum certe iactura rerum fit. Timemus in tanto argenti pretio difficile futuram hanc novae monetae perpetuatem. Cuius rei voluimus tempori Illustrem Magnificentiam Vestram commonefacere ea, qua solemus, fide et dexteritate. Quae omnia, pro nostra arctissima necessitudine, Illustri Magnificentiae Vestrae nota esse voluimus, nil dubitantes eandem boni consulere omnia ea, quae a nobis et ab amico candidoque nostro pectore ad Illustrem Magnificentiam Vestram scribuntur. Illustrissimae Principi⁵, coniugi nostrae, Vestrae Illustris Magnificentiae amicas salutationes candide exposuimus, eius item coniugem⁶ et liberos una salute pariter omnes resalutando. Atque nos ita amet Christus, incolumes servet, ut Illustrem Magnificentiam Vestram, eius item suavissimam coniugem et dulces liberos beate, suaviter et foeliciter valere et salvare exoptamus. Datum ut supra.

Cedula.

Thelonii Guckerness et Cristiani Kolmann negotia coegerunt nos Oratores nostros ad Regiam Maiestatem mittere cum instructione, cuius exemplum hiis praesentibus adiunximus. Quare petimus, si res aliter ad Illustrem Magnificentiam Vestram relata fuerit, ne fidat falsis querelis, simul et petitionem hanc nostram, quo est in nos animo syncero et fraterno, promoveat etc. Datum ut supra.

Simili modo scriptum est ad Ioannem Balyňsky, exceptis novis et hac cedula.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum de Schidlowy whole,
4 Iunii.

1) *filia Ioannis regis Daniae.*

4) *Fytte.*

2) *rex Daniane.*

5) *Dorothea.*

3) *Philippus.*

6) *Sophia de Targowisko.*

N. 214.

E Regio Monte, 5.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Baliński, castellano Gedanensi,
subditos suos profugos, in ditionibus regiis latitantes, sibi restitui pos-
tulat.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 300-302.

Postulat fugitivos quosdam.

Significatum est nobis per Capitaneum nostrum in Hollanndt, non nullos subditos nostros ex districtu eius aufugisse eosdemque iam in Insula Maiore sub vestra ditione habitare, quorum nomina hic quoque

exprimere et Magnificentiae Vestrae nota facere voluimus. Et sunt isti: Iacobus Lyndener iam in Tyrgarthenn, Valentinus Sprenge in Rosen-garthen agentes, qui ad Drawsen pertinent. Item Valentinus Auschwitz cum filio suo etiam in Tyrgarthenn, qui spectant ad Rogen; Marcus Schwartzrock, qui iam in villa Spraudenn apud Tysaw moratur. Hii sunt, qui ex nostro Ducatu in Regiae Maiestatis terram turpiter et praeter honestatem aufugerunt. Quandoquidem vero leges in hoc sancitae prudentialiumque responsa et Senatus consulta tradita sunt, ut ubique gentium rudis populus imperitaque multitudo bono ac decenti regatur ordine, malum, turpe et nimia protervorum licentia coeretur et honestas conservetur, nil dubitamus, quin Magnificentia Vestra his ipsis conformem sese gerat gessuraque sit semper.

Praeterea eandem non esse immemorem tum veteris huius terrae consuetudinis, tum novae Concordiae inter Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum^{a)} clementissimum, et nos erectae, quibus cautum est, ut nemo alterius subditos alienet et ad se alliciat, contra Domini eorumdem voluntatem retineat etc. Quare rogamus, Magnificentia Vestra velit ad requisitionem nostri nuntii praenominatos nostros subditos profugos ad bona eorum iterum redire permittere, atque ut hoc eo commodius citraque impedimentum fieri queat, ita vestro consilio et auxilio dicto nostro nuntio adesse, ut intelligamus Magnificentiam Vestram non solum bonae viciniae studiosum, sed et iusticiae ac Concordiae regiae cultorem esse. Nos vicissim par pari referre studebimus.

Demum hoc additum quoque volumus. Retulit nobis antiquus noster praefectus in Hollanndt mulierem quandam cum liberis suis, ad officium sculteti in Nobith pertinentem, ante biennium non solum ab eo, verum etiam ab eorum amicis esse postulatos et requisitos. Sed uti pertinaces et inobedientes huiusmodi requisitionem ac vocationem contempserunt, sicque eorum bona per inobedientiam et contumaciam ad nos devoluta sunt. Ne aliis hoc idem contingat, in praesentiarum eos admonitos Magnificentiaeque Vestrae significatos esse volumus. Quam bene valere peroptamus. Datum Konigsberg ut supra.

In initio epistolae in margine: Ad eundem Ioannem Balynnszky, quinta Iunii.

a) sequitur expunctum: et

N. 215.

E Regio Monte, 7.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

pro litteris de «rustbangk» scriptis gratias agit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 30.

E Regio Monte, 16.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Baliński, castellano Gedanensi,

de « otiosis et inutilibus hominibus » in Regio Monte captis et incarceratis.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 306.

De otiosis hominibus etc.

Significamus Magnificentiae Vestrae, quod otiosos et inutiles homines propter vitanda ac prohibenda furga, homicidia et id genus alia mala, quae inde oriri et manare soleant, hic Konigisbergii in tribus civitatibus capi et in vincula coniici iussimus, talesque nebulones in posterum in Ducatu nostro pati nolumus, sed ut ubique locorum capiantur, demandavimus. Verum quum bonam istorum otiosorum partem (ut ex multorum fide dignorum relatione accepimus) ex nostra terra in Insulam vestrae ditionis confugerunt, rogamus amice Magnificentiam Vestram, eadem velit pro commodo et utilitate communis nobilitatis et eorum, qui ruri degunt (quo ipsi eo melius famulos ac laboratores pro rerum suarum necessitate habere et acquirere possint), in vestro districtu procurare, ut omnes otiosi, vacantes dumtaxat potationibus ludisque in publicis tabernis, nec habentes litteras, ut vocant, passuum, cuiuscunq; sint illi, capiantur catenisque alligantur, et qui nobis pertinent, ad nos transmittantur. Id quod nos simili in casu atque bona vicinitate erga Vestram Magnificentiam promerer studebimus. Datum ex Monte Regio.

In initio epistolae in margine: Ad Ioannem Balynnszky 16 Iunii.

E Regio Monte, 25.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,

de bello in Germania imminentे et de electore Saxoniae ac landgravio

Hassiae ad id gerendum paratis; de re monetaria.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 304-305.

De novitatibus ex Germania. De exercitu Comitis Hessiae. De re monetaria.

Scripsimus superioribus diebus Magnificentiae Vestrae undique Germaniam bella spirare, at Ducem Electorem Saxoniae¹⁾ et Lantgravium Hessiae²⁾ iam in armis esse et habere exercitum fortē. Quid autem ultra per eosdem Principes factum sit, hactenus nihil accepimus. Literae autem inclusae, Germanica lingua impressae, nobis transmissae sunt, quae maxime opinionem nobis belli faciunt. Sique aliud novi hinc ex Germania nobis advenerit, Magnificentiam Vestram latere haud

permittimus. Duximus tamen interea has impressas copias hac vice pro novis Magnificentiae Vestrae transmittere.

De re monetaria adhuc perplexo heremus animo, et quanto magis de ea cogitamus, eo magis apud nos invenimus rem esse maximi momenti, ac nullo modo posse monetam, habita moderni argenti pretii consideratione, eo modo, quo conclusum est, sine maxima iactura cudi. Non credidimus nostrae opinioni aut nobis ipsis, sed consuluimus in hoc negotio peritissimos, quorum nemo hanc rem tanquam cussoribus tolerabilem aut duraturam asseverat. Et magis nobis Regiae Maiestatis tam iactura quam ignominia, si res progressum habere non posset, quam nostra propria, dolore afficit.

Nec volumus Magnificentiam Vestram ignorare, quod certo nobis refertur Gdanenses et Elbingenses nihil adhuc agere, quo negotium novae monetae maturetur. Quod nobis suspicionem impossibilitatis ac gravitatis negotii haud parvam facit. Quare hac de re ad Magnificentiam Vestram scribere ac eandem fraterne, ut iam scripsimus, non tam nostro quam Regiae Maiestatis intuitu admonitam habere volumus, ut Magnificentia Vestra adhuc de eo negotio velit cogitare ac ex peritis in hac investigare, ne res continuetur, a qua cum tempore desistendum foret et quae finiri non posset.

Non pretermisimus autem omni studio, quo potuimus, hanc rem monetariam per nos maturare. Et cum apud nos maxima sit argenti charitas ac penuria, rogamus quam diligentissime, Magnificentia Vestra velit nobis apud Serenissimum Principem et Dominum, Dominum Sigismundum Regem Poloniae etc., Dominum et nepotem²⁾ nostrum clementissimum, impetrare, ut nobis in argenti fodinis Regiae Maiestatis Suae argentum eo pretio venundetur, quo Maiestas Sua illud solet comparare. Alioqui negotium hoc nobis difficile erit. Iterum rogamus, Magnificentia Vestra velit amicum et fratrem agere ac diligentiam omnem, quam potest, adhibere, sicut ea et maiora ex Magnificentia Vestra speramus. Id omni studio rependere et etiam sanguine et corpore promereri curabimus. Bene valeat Magnificentia Vestra etc. Datum Konigisbergii, ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Christoferum a Schidlowytc, 25 Iunii.

2) sic in ms.

1) Ioannes.

2) Philippus.

N. 218.

E Regio Monte, 26.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Baliński, castellano Gedanensi,

de profugis vicissim restituendis; nova ex Germania recepta transmittit.

(Habetur solummodo litterarum summarium).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 303.

N. 219.

E Regio Monte, 26.VI.1528.

Albertus dux in Prussia

*Christino Kuberski, capitaneo in Wąsosz (in ms. Wagenschoss),
de subditis eius iam liberatis nuntiat; postulat, ut bona subditis suis
ablata restituantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 302.

N. 220.

Fischhausen, 27.VI.1529.* [1528]

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Baliński, castellano Gedanensi,
significat se nondum posse in Ducatu suo antiquos denarios prohibere,
donec habeat novae monetae copiam.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 324-325.

De re monetaria.

S [alutatio].

Literas Magnificentiae Vestrae acceptas intelleximus magnifice etc. simul cum Regiae Maiestatis, Domini et avunculi nostri clementissimi atque observandissimi, mandato deliberato, ut iam denuo publicitus exeat. Nihil autem dubitamus ad Vestram Magnificentiam iam pervenisse magis quam habeat mandatum nostrum, quod de monetario negotio publicavimus. Sed cum nostrum ubique sequatur Marienburgense decreta, nondum possumus in nostro Ducatu prohibere antiquos denarios neque mutare mandatum, donec bonam novae monetae copiam hic habeamus, ut denarii antiqui et oblivisci et careri possint negotiaque geri nova moneta^{a)} valeant. Alioqui enim gravaretur vel importabili onere egena plebs. Id Vestrae Magnificentiae celare non potuimus, cui animum nostrum libenter aperimus. Datum Vischhausen, 27 Iunii 1529.

In margine superiori: Ad Ioannem Balintzky.

a) sequitur expunctum: p

*) probabiliter error.

N. 221.

E Regio Monte, 13.VII.1528.

Albertus dux in Prussia

*capitaneo Samogitiae [Stanislaw Kiežgajło]
commendat causam subditi sui Regiomontani, Georgii Ludicke, quae
ei cum Stanckone de Wielona, interea mortuo, intercedit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 322-323.

In causa Georgii Ludicke.

S [alutatio].

Non arbitramur Magnificentiae Vestrae excidisse, quod anno superiore pro Georgio Ludicke, civi et fideli nostro subdito, scripsimus,

qui iam iterum negotium suum, quod sibi cum Stancko de Villun, Magnificentiae Vestrae subdito, erat, nobis enarravit conquerens se illo tempore, quo nos pro eo ad Magnificentiam Vestram litteras dedimus, dictum Stanckonem ad Magnificentiam Vestram tanquam ordinarij citasse, verum eundem causando adversam valetudinem et infirmitatem, qua tum se laborare aiebat, ad prescriptum terminum coram Magnificentia Vestra non comparuisse. Qui postea divina ordinatione obiit, sicque causam suam indiscussam mansisse. Deinde et ipse praefatus Georgius Ludicke in infirmitatem incidit atque ita, ut ne domum^{z)} quidem egredi posset. Constituit itaque hac in causa suos procuratores honestos viros Symonem Selichmacher et Georgium Schotner, civitatum Vilnensis et Cawensis scribas, quemadmodum Magnificentia Vestra ex inclusa hic sua ad nos supplicatione latius intellegit. Rogavit igitur nos denuo humillime saepedictus Georgius Ludicke, ut sibi litteras commendaticias ad Magnificentiam Vestram dare dignarremur. Quod ex debito erga subditos nostros amore et officio ei denegare non potuimus. Eam ob rem Magnificentiam Vestram amice rogamus, velit nostro intuitu subditi nostri causam habere sibi commendatam et prefatis suis procuratoribus adesse, quo eis nomine se penominati Georgii Ludicke iusticia et aequitas contingat et causam tandem eo modo finire queant, ut subditus noster debita sua consequatur. In hoc faciet nobis Magnificentia Vestra rem gratam et studebimus etc. Datum ut supra.

Simili modo ad Regem Poloniae in eadem causa.

In margine superiori: Ad Supremum Capitaneum Samogitia, 13 Iulii.

^{z)} sic in ms.

N. 222.

E Regio Monte, 13.VII.1528.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Zambocki et Nicolao Nibschatz

*se certiorem factum esse nuntiat de quibusdam rumoribus et calumniis
de se ad regem delatis, cum propositis fratris sui Gulielmi in Ma-
sovia coniunctis; rogat, ut rem totam regi rite explicare invento-
resque eiusmodi rumorum detegere studeant.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 30v-31.

An Johann Sambotzky und Nickel Niptitz samtlichen und sonderlichen den 13 Julii.

Unsern grus zuvor.

Edlen und ernvesten, lieben, getreuen.

Wir sein etzlicher massen durch eynen guten freundt bericht, das vil und manicherley geschreyen und rede ins gemeyn von eyns teyls personen, uns und unsren freuntlichen, lieben bruder, hern Wilhelm marggraf zu Brandenburg, zum teil belangende, der Masaw, unsers und unsers bruders halben unverschuldet, auch nie bedocht oder bey uns furzunemen ye beschlossen, sollen ausgehen. Dweil uns dan solchs nit geringe befremdet, wie uns auch dermassen, Got lob, sunder rhum geredt, der gestalt wie sich solchs eynem unterdenigen, gehorsamen fursten gegen

seinen lehenhern eigent und geburt, zu erzeigen wyssen, auch unsers verhoffens bey unsern tagen sich nit anders ausfundig machen soll, müssen und haben wir bey uns azbunemen, das uns solchs hinder unserm rugk von unsern abgunstigen und bey den nit vil bestendiger warheit in diesem val sol erfunden werden zu unser verunglimpfung, auch zu erweckung ko.mt. ungnaden nachgesagt und geredt wurdt. Demselben nach und dweil wir uns zu euch beden sametlich als unsern getreuen rethen des versehen, wo wir also und dergleichen in verunglimpfung nit allein bey ko.mt., sonder auch sonst allenthalben solten eyngefurth werden, ir wurdet uns als die erliebenden und ob ir gleich in unsern dienst nit verhaft bis an uns entschuldigen und des eyn hertzlichs mitleiden mit uns tragen, so ist an euch unser gnedigs begern, ir wollet dasselb ko.mt., unsern allergnedigsten hern, anzeigen mit underteniger, dienstlicher bit, sein ko.mt. wolt uns gnedig erscheynen und denselben verlognen ansagern namhaft machen, auch dermassen verheften, domit wir in seiner gegenwertigkeit unser verantwortung, die wir, ob Got wil, alzait mit gnugssamen bestendigen^{a)} grundt und warheit beyzupringen wyssen, vor ko.mt. unser furstlichen eren notturft nach darthun mogen und das sein ko.mt. solchen verlognen man nit glauben wollen, auch dafur halten, bis solang er solchs mit bestendigen^{b)} grundt auf uns whar mache. Wo auch ir ymants, der uns oder unsern bruder mit solchen verlognen worten antasten wurdt, erfahren thet, denselbigen wollet bey ko.mt. als vor eynen verlognen, erlossen mann, handthaftig machen, damit wir uns, wie obgemelt, unser ehren notturft nach unser vorantwortung und wes sich weiter alsdan hier in eigen wil, an ime haben zu geprauchen. Nichts weniger denselben auch, wie wir in dan hiemit genent und gehalten wollen haben, fur eynen verlognen, erlossen, meynedigen fleisigen bosewicht halten und schelten. Dann ir on zweywel seyn solt, wir wollen unsere verantwortung solcher gestalt thun, das es ydermeniglichen offenbar werden sol, das ehr uns nit wie eyn frommer, sonder als eyn verlogner, erloser boswicht angezeygen. Wollen derhalben nit zweiveln, ir werdet euch als die erliebenden hierin erzeigen und beweisen. Das wollen wir umb euch widderumb in gnaden erkennen. Datum Konigsperg ut supra.

In initio epistolae in margine: Sambotzki, Nickell Niptitz.

a) sequitur expunctum: worten

b) sequitur expunctum: worten

N. 223.

E Regio Monte, 14.VII.1528.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtitz et Ioanni Zambocki

*pro studio et diligentia legatis suis, Friderico Fischer et Georgio a Kunheim, exhibita gratias agit; rogat, ut causam resarcendorum sibi
damnorum et impensarum, ob aedificium Kuckerneese in silvis suis
factarum, apud regem promoveant.*

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 31v.

An Nickel Nybtisch und Johan Sambotzky sembtlich und sonderlich
14 Iulii.

Unsern gruss zuvorn.

Edlen und ernvhesten, lieben, getreuen.

Es haben uns unser gesandte, so wir nechst bey ko.mt. zur Wilde in unsren gescheften gehabt, als der achbar und hochgelert unser canzler, rath und lieber getreuer Friderich Vyscher, desgleichen der erbar auch unser rath und lieber getreuer Georg von Kunheim etc., eurn vleyss und gehabte muhe, so ir unserthalben bey ko.mt. und sonst allenthalben^{a)} gethan, angezeigt. Des wir dan gnedigen, gutten gefallen tragen und thun uns desselbe gegen euch gantz gnediglichen bedancken. Dweil wir aber jetzo hiebey ko.mt. geschrieben mit angehefteter dienstlicher bith, dieselsb wolten uns des uncostens und verwüstung unser welde halben, so wir vonwegen des paws zu Guckerness nit gering erlitten von den zur Wylde, Cawenn und andern, auf der vleissig und vilfertig anregen wyr solchen baw anfangen, gnedige konigliche widderstatung verschaffen. Demselben nach ist an euch unser gnedigs sinnen^{b)}, ir wollet euch nit beschweren lassen bey ko.mt. zu sollicitiren und moglichen vleyss (wie wir uns zu euch verstehen) furzuwenden, domit wir solchs bey derselben, vermog der pilligkait, erlangen und erhalten mogen. Daran erzeigt ir uns sonderlichen dancknemenden gefallen in gnaden gegen euch zu erkennen. Datum Konigspergk ut supra.

In initio epistolae in margine: Nickel Niptitz, Sambotzky.

a) *sequitur epunctum*: gehabt

b) *sequitur expunctum*: iren

N. 224.

E Regio Monte, 14.VII.1528..

Albertus dux in Prussia

Ioanni Zambocki

rogat, ut de omnibus scitu dignis, quae in aula regia fiunt, eum certior rem faciat.

Ostpr. Fol. vol. 42, f. 32.

An Johann Sambotzki 14 Iulii.

Wiewol wir uns gnediglichen zu erinnern wyssen, das du allewege dich des innern raths geewssert und doch gleich andern von ko.mt. herfurzogen und gepraucht worden, und nit zweyveln, das du uns sonderlichen, on das du uns mit diensten zugethan, alwegen zu dienen und unsere bestest zu wyssen geneigt, so ist an dich unser gnedigs begern, wes du underweylen am koniglichen hof dits orts erferest, sovil uns zu wyssen vonnoten und dir thuelich, uns zu verstendigen. Das wollen wyr widderümb gegen dir in allen gnaden gern erkennen. Datum Konigspergk ut supra.

In initio epistolae in margine: Sambotzki.

E Regio Monte, 15.VII.1528.

*Albertus dux in Prussia**Sigismundo I regi Poloniae*

de telonei in Kuckerneese auctione, iuxta regis desiderium, cessata; de capitaneo Ragnetensi iniuste accusato, quod signa finium mutaverit; de concordia, pactis et foederibus inter Ducatus Prussiae et Lithuaniae initis servandis.

Cfr. El. XXX, N. 55.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 310-314.

De theloneo Guckernesz. De finibus seu grenitiis terrae Samogitiae etc. Item de concordia terrarum Lithuaniae et Prussiae etc.

Quo nunc sunt tristissima tempora, que hominum infanda inaudita que improbitas omniumque rerum turbulentia, timebam et ego mihi acceptis proximis Maiestatis Vestrae litteris, ne scilicet tanta fuisse impositorum importunitatis solertiaque, ut prudentissimi clementissimum Regis animo praestigiis sycophantisque suis quasi quibusdam cuniculis perfonso coepisset de mea integritate, fide atque reddendi iuris vigilancia addubitat, tametsi me non mediocriter solaretur innocentia mea, tum quod apud sapientem aequa ac iustum Regem per nuntios mihi dicendum erat, quem sciebam accepta defensione mea delatoribus non ita gratificaturum, ut vera dicentem non audiret. Sed que debetur a me, subdito Principe, tanto Regi, Domino et patri meo clementissimo suavissimoque, pietas, non potuit non perhorrescere animus ad vel quantulaunque indignationis aut saltem insimulationis spetiem. Atqui prostravit suspicionem meam tanta potentissimi optimique Regis clementia, reddit animum iustum responsum, benigna item nuntiorum tractatio, tanta Maiestate digna. Fateor proinde me hoc nomine Maiestati Vestrae plurimum debere. Interim ipsa gratitudine saltem benefitiis quomodo cunque responsurus.

Telonei auctio, que ob aedifitium in Guckernesz hucusque mihi contributa est, ad Regiae Vestrae Maiestatis iussum nunc cessat, atque utinam non maiori utriusque Reipublicae quam meo incommodo. Sed veritatem temporis filiam et ethnici prodidere. Equidem iam dudum nisi publicam privatae utilitatem anteposuisse, rogaturus eram a Regia Vestra Maiestate edifitii huius et auctionis abrogationem. Nam pensio ista aedifitii causa constituta, nec pretium, quod ex dividitis arboribus haberi poterat, ut caeterorum sumptuum et aedificandi impensarum rationem taceam interim. Iudices facile patior sumptuosissimi edifitii inspectores quoquaque, tantum abest, ut meam deplorem haud amissam utilitatem, miseret mei publicae rei. Rogo autem Maiestatem Vestram plurimum, dignetur subditis terrarum suarum demandare, ut impensarum longe pensione praestita maiorum rationem habeant, ne qui publicae studere volui utilitati, ingratitudinem quoque cum privati peculii iactura inmodica coniunctam sentiam. Quae est Vestrae Maiestatis in me clemencia, non dubito eandem preces meas in ventum non relegaturas^{2).}

Capitaneus meus in Ragnith apud Regiam Vestram Maiestatem mea opinione falso accusatus est, quasi in Maiestatis Vestrae et subditorum eius iniuriam signa finium Samogithiae mutasset. Nam ad iussum nostrum ille non signa mutavit, sed vias usui futuras Commissariis regiis, meis item Consiliariis, quos ad negotium hoc conficiendum mittam, praepa-

ravit, perquisitis iuxta litteras denudatisque signis antiquis, non novis adpositis. Id quod ad Commissariorum refero iuditium. Quod Gdans-
sium causa Regia Vestra Maiestas mihi demandavit, debita diligentia li-
bens exequar, tametsi sciam privilegiis subditorum meorum Konigisber-
gium id adversurum. Sed vincet regius iussus, neque desyderabitur a me
opera, cura, diligentia, authoritas mea, neque etiam aequitas. Tantum
rogo, mandet illis Maiestas Vestra, ut quam primum in ius vocent,
quibuscum eis res est, ne ex diutinis querelis sempiternae nobis nascan-
tur, neque illorum procrastinatio cessatoris notam mihi aspergat inme-
rito. Vicissim a Maiestatis Vestrae Commissariis fieri vehementer oro,
quo omnium tribunalium parietibus cognitae atque proinde invisae que-
relae tandem precidantur sopianturque.

Demum plurimum et ex animo gratulor Regiae Vestrae Maiestati ter-
ram Lithuaniae inclytam et florentem optimi, potentissimi, prudentissi-
mi Regis, Domini mei clementissimi, filium, Dominum meum clementem
et observandum Ducem et Rectorem esse nactam. Deus Optimus Maximus
huius initia et successus prosperet in Reipublicae illius salutem. Sunt
autem mihi, imo terris meis, perantiquae quaedam concordiae cum Li-
thuania, quas equidem vincula et nervos amicitiae, vicinitatis bonae atque
adeo sanctae pacis esse arbitror. Quare Sacram Regiam Maiestatem Ves-
tram, pacis iustitiaeque amantem, Serenissimo filio tanto dignum pa-
trem, rogo, dignetur in gratiam terrarum utrarumque, imo sanctissimae
pacis, eas ipsas concordias, pacta et foedera inter eundem Serenissimum
Principem Magnum Duce, Dominum meum, et me atque predictas nos-
tras terras clementer renovare, quo concordia maiore res meae parvae
crescant^{a)} terisque reddatur pax et amicitia sanctior. Non dubito qui-
dem Regiae Vestrae Maiestatis animo hanc in rem propensissimo. Regiam
Vestram Maiestatem, Dominum meum clementissimum, foeliciter et
suavissime valere percupio. Cui me cum Serenissima Regina¹⁾, Domina
mea clementissima, et filio Sigismundo Magno Lithuaniae Duce inclyto,
me obsequiosissime commendo etc. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae. 15 Julii.

a) *in ms. crescunt*

1) *Bcna.*

N. 226.

E Regio Monte, 15.VII.1528.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de litteris a rege Ferdinando et Hieronymo Łaski acceptis; de discessu
uxoris Ioachimi marchionis Brandenburgensis; de negotio landgravii
Hassiae; de subsidio ex Germania regi Ioanni mittendo; de moneta
cudenda; de negotio Georgii marchionis; de annuo salario a rege
praestando.*

Cfr. El. XXXIV, N. 115.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 314-317.

De litteris Regis Ferdinandi et Hieronimi de Lasko.

De discessu Principis Elizabeth¹⁾ a marito suo, Marchione Branden-
burgensi.

De negotio Langgravii Hessiae²⁾ etc.
De subsidio e Germania Regi Ioanni mittendo.
De cudenda moneta.
De negotio Marchionis Georgii etc.
De annuo salario a Rege praestando etc.

S[alutatio]. Litteras Illustris Dominationis Vestrae cum exemplis litterarum Serenissimi Domini Regis Ferdinandi, Hieronymi item de Lasko, accepimus. Legimus easdem cum animi nostri magna^{a)} voluptate, tametsi inerant quedam voluptatem eam temperantes. Nam et Naclensis Capitanei prematurus interitus atque adeo dolenda mors optimae spei adolescentis, quoties nostram memoriam repetit, non potest^{b)} nobis non renovare dolorem; ut omnibus testaremur, fecimus nobilis eius adolescentis corpus iuxta dulcissimae filiolae nostrae secundogenitae reliquum se peliri, quo mortuus accumberet, cui vivus obsequia prestiterat.

Causam aliam discessus Illustrissimae Principis Elizabeth Marggraviae Brandenburgensis etc. a marito, quam ante reddidimus, non habemus. Ubi autem vel rei exitum vel causam veriorem comperiemus, non erit clam Illustrem Dominationem Vestram.

Successum negotii Illustrissimi Principis Domini Langgravii Illustris Dominatio Vestra ex exemplo litterarum, quas fratris nostri charissimi fidei mandamus, Illustrissimi Ducis item Electoris Ioannis³⁾, hiis adjunctis intelliget, quatenus scilicet nobis de hoc negotio constat hodie. Quam primum autem exitus huius tragediae nobis descriptus fuerit, prescribetur et ad Illustrem Vestram Dominationem optima fide a promissi memore. Agimus autem eidem magnam gratiam de libellulis, eius negotii historiam continentibus, nobis missis. Praetermisseramus et nos libellum similem, lacerum tamen, ut quam primum nobis redditus esset. Quod petit Illustris Dominatio Vestra conjecturam nostram hoc in negotio, certe gratificaremur eidem, si nobis divina mens adasset. Si vana est coniuratio, miramur Langgravii improvidentiam. Si autem vera est, demiramur Principum illorum consilia. Sed quoniam nemo nos iudicem maximorum illorum Principum constituit, malum esse spectator huius tragediae quam persona. Iudicium autem Illustris Dominationis Vestrae vehementer petimus et expectabimus avide.

Hieronymi a Lasko litteras ad Serenissimum Regem Ferdinandum legimus, que utinam aliam formam nactae essent. Nobis quidem gravidae videntur et nescio quid parturire^{z)}. Sed Harpocratem malo non interrogatus agere. Vestrae autem Illustris Dominationis iudicium non minus quam priori in negotio, ne dicam malo, et oramus et expectamus.

De subsidio e Germania^{c)} Regi Ioanni mittendo nihil habemus neque facile credimus, quae nunc est Germaniae facies, isthic esse qui subsidia mittant Regi Ioanni. At nos que ex homine bonae et spectatae fidei didicimus de Regis Ioannis fortuna, Illustris Dominatio Vestra ex schedula quadam hiis nostris addita intelliget.

Regiae Maiestati Poloniae, Domino nostro clementissimo, obtemperavimus quidem in cudenda moneta, sed ingenti terrarum nostrarum, ne dicamus nostro tantum, damno. Et cur in Regis nostri gratiam vel bonorum omnium et vitae periculum non subiremus? Presertim ubi nostri vel peculii vel corporis iactura Reipublicae atque istius florentissimi Regni Poloniae saluti consulere possemus. Speramus autem Regiam Maiestatem hanc obsequiosam nostram voluntatem, vel hac nobis gravissima moneta expressam, regio favore, regia munificentia, liberalitate et gra-

tia prosequuturam. Ad quam conficiendam video, quantum possit, et scio, quantum velit Illustris Dominatio Vestra. Potest autem et vult plurimum. Ideoque eidem me debere plurimum fateor.

Argento ad cudendam monetam opus habemus. Quare Illustrum Dominationem Vestram rogamus atque oramus, quatenus fieri potest, scribi nobis curet, quanti Regiae Maiestatis monetarii illud emant. Hoc etiam in gratiam nostram explorato, an tantidem et nobis argenti certam summam coemere atque prestare velint.

Negotium Illustrissimi Principis Marchionis Georgii, quod nostro iudicio vel ethnicos iudices pati posset, nescimus quod adversum sydus sortitum sit. Nos certe dolemus de magnis Regibus hanc vocem dici: summam iniuriam nunc apud summam esse potestatem, id est eos, quorum pectora et ora oracula esse debebunt mundi. Faxit Deus Optimus Maximus et iustus iudex, ut et illi non magis studeant esse potentes quam iusticiae amantes.

Caeterum quoniam a Magnifico Domino Nicolao⁴⁾ Thesaurario regio, Illustris Dominationis Vestrae fratre charissimo, 2000 aureorum proximo festo Paschae a Regia Maiestate nobis debitorum Michaeli Meydell forte ob prematuram mortem non fuisse exoluta intelleximus, rogamus Illustrum Dominationem Vestram, promoveat hanc rem apud charissimum fratrem, ut quam primum Domino Severino Baner nostro nomine numerentur. Habet enim ille mandatum nostrum, cui nostro nomine solvere eosdem debeat.

Agimus demum Illustri Dominationi Vestrae magnam maximamque gratiam ob novarum rerum tam diligentem communicationem. Nos vicissim ubi intellexerimus, quod Illustrum Vestram Dominationem scire velle existimabimus, quam diligentissime ad eandem perscribere non gravabimur etc. Datum ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Christoferum de Schidlowyk.
15 Julii.

a) *in ms. magna*

1) *filia Ioannis regis Daniae.*

b) *in ms. potet*

2) *Philippus.*

c) *in ms. Germaniae*

3) *Ioannes elector Saxoniae.*

z) *sic in ms.*

4) *Szydłowiecki.*

N. 227.

E Regio Monte, 15.VII.1528.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Działyński
de morte praematura Christophori Naklensis.
Ostpr. Fol. vol. 48, f. 310.*

De morte Christoferi Nacklensi¹⁾ etc.

S [alutatio].

Humanitas Vestra epistolam nostram commendat. At Magnificentiae Vestrae epistolam se ipsam²⁾, vera tamen scripsimus, nec fucatam ex poscit admodum orationem veritas. Quod gravissime tulerimus mortem prematuram nobilis Christoferi nostri, vel hoc testatum facit, quod re-

liquo dilectissimae filiolae nostrae secundogenitae corpus illius adiunxi-
mus, ut et manibus serviret, cui vivus obsequia prestiterit. Dedimus et
ad matrem illius, inclytam feminam, caeterosque necessarios litteras
eiudem fere exempli. Quoniam autem ab Apostolo iubemur, ut a gen-
tium dolore noster diiudicetur, nemo quoque, ut ille ait, nisi culpa sua
diu doleat, rogamus Magnificentiam Vestram plurimum, id quod et litte-
rae facere illam testantur, mortem hanc Christo offerat, cum quo tan-
dem vivet, nunquam moriturus. Atque o utinam et noster incolatus non
prolongaretur, ut diutius cum habitantibus Cedar non habitaremus, quan-
do et etnici vox in hiis temporibus esse posset. Libera me, Domine, a
tot calamitatibus, bellis, cedibus, aquis, fame, peste. Bene valeat Ma-
gnificentia Vestra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Nicolaum Dzialinszky. 15 Julii.

z) *sic in ms.*

1) *Christophorus de Nadbórz.*

N. 228.

E Regio Monte, 15.VII.1528.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]
pro negotiorum suorum apud regem promotione gratias agit; de regis
filio magno duce Lithuaniae facto gratulatur; renovationem antiquo-
rum pactorum inter Ducatus Prussiae et Lithuaniae auspicatur.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 318-319.*

Humanissimas Reverendae Vestrae Paternitatis litteras accepimus,
quae nescio, plus-ne gratiae habuerint an voluptatis plus attulerint no-
bis, nam gratiarum illarum divitiae non potuerunt cum voluptate nostra,
quam ex amicissimo animo Reverendae Vestrae Paternitatis concepimus,
non certare. Sed ut a puro non nisi pura defluit aqua, ita a candido
Principeque tanto digno pectore non nisi quod amicum, humanum, gra-
tiis refertum est, provenit. Agimus magnas gratias Reverendae Vestrae
Paternitati, quod negotia nostra apud Regiam Maiestatem, Dominum nos-
trum clementissimum, studiose promovit atque ita, ut dignum potentissi-
mo iustissimoque Rege responsum nobis datum sit. Ubi vicissim Re-
verendae Vestrae Paternitati nostra opera usui esse potest, volumus
eandem ea^{a)} audacter, ut amici amantis, uti. Scripsimus Regiae Maiestati,
Domino nostro, quo expensarum nostrarum, sylvarum item devastatio-
nis ratio haberetur, nam pensio hucusque nobis ob^{b)} edificii Guckernesz
conservationem tributa expensis damnisque nostris non respondet. Ro-
gamus itaque plurimum et amice Reverendam Vestram Paternitatem,
velit apud Regiam Maiestatem nostri memor esse, quo eo nomine no-
bis satisfaciat. Publicae prodesse voluimus utilitati. Quando autem id
aliquorum culpa turbatum est, gaudemus nos ea vacare.

Gratulamur Reverendae Vestrae Paternitati ex animo optimi pru-
dentissimum Regis filium Dominum esse nactam inclytam et decoram
Lithuaniam. Cuius initia, successus item, Deus Optimus Maximus bene
vertat. Sunt nobis, imo terris nostris, certae concordiae perantiquae

cum Lithuania, utrisque terris non incommodae. Quare Reverendam Vestram Paternitatem vehementer oramus data oportunitate, curet pro ea, qua in nos est benevolentia, easdem renovari, quo sanctior item amicitia et vicinitas sit. Morabimur etiam ad XIIII forte dies in Ragnith. Ubi si Reverenda Vestrae Paternitati placuerit nos visere, faciet nobis rem gratissimam. Bene valeat Reverenda Vestra Paternitas, per quam cupimus nos Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, diligenter commendari.

Cetula.

Scrineatoris Georgii Durpach, nunc Vilnae agentis, operas iam pridem per familiares nostros conduximus. Sed quia iste ad nos venire distulit, indignationis suspicionem causans, si insalutato Magni Ducatus Lithuaniae Castellano¹⁾, amico nostro, discederet. Scripsimus eidem eo nomine, nihil dubitantes bona illius voluntate futurum, ut ad nos veniat praedictus Georgius. Quare et Reverendam Vestram Paternitatem multum oramus, inducat Dominum Castellanum, quo facile se prebeat inmittendo artifice illo. Cuius opera opus habemus. Bene valeat Reverenda Vestra Paternitas. Datum ut in litteris.

In margine in initio scripti: Ad Episcopum Vilnensem, 15 Iulii.

a) *supra lineam.*

b) *sequitur expunctum: id*

1) *castellanus Vilnensis erat Georgius Radziwiłł, palatinus Albertus Gasztold. Cfr. epistolam sequentem.*

N. 229.

E Regio Monte, 15.VII.1528.

Albertus dux in Prussia

Alberto Gasztold, palatino Vilnensi et cancellario M.D. Lithuaniae, rogit, ut scrineator quidam Germanus sibi quanto citius mittatur.

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 320.

S [alutatio].

Magnifice Domine.

Istic agit scrineator quidam Georgius Durbach, natione Alemanus. Hunc per nostros iam pridem conduci fecimus, sed reiecit ille rem in Magnificentiae Vestrae et Senatus Wilnensis voluntatem. Quare rogamus Magnificentiam Vestra plurimum, velit in nostram gratiam eundem ad nos, quam primum ille Magnificentiam Vestram requisiverit, impetrato etiam, quatenus opus erit, Senatus consensu, mittere. Magna enim variaque ediftia a nobis partim absoluta, partim inchoata, ab illo exornari vellemus. Qua in re si Magnificentia Vestra nobis gratificata fuerit, multum illi debere nos fatebimur. Magnificentiam Vestram, utpote vicinum nobis charissimum, bene valere exoptamus. Datum Konigisbergs, 15 Iulii anno 1528.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Gastoldt, Capitaneum^{a)} Vilnensem, 15 Iulii.

a) *recte: Palatinum*

E Regio Monte, 15.VII.1528.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Chojeński, archidiacono Cracoviensi,
pro studio et opera in promovendis negotiis suis adhibita gratias agit;
causam telonei et aedificii Kuckerneese apud regem curandam com-
mendat.*

Cfr. El. XXXIV, N. 116.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 320-322.

De negotio Guckernesz.

Fassus est Cancellarius noster se nobis animi vestri in nos benevolentiam, studiorum propensionem, officiorum sedulitatem multitudinemque exprimere non posse. Id quod Dominatio Vestra vel in aedificii Guckernesz negotio commonstravit. Nam tanta diligentia retulit Dominationem Vestram idem tractasse, ut se (qui a nobis missi erant) victos dicerent^{a)} solertia et cura conservandi nostri commodi. Atqui ut verum fateamur et nos, non ob id erant missi, sed ut publicam per ipsos promoveremus utilitatem, que nescimus, quo malo omine a quibusdam intervertitur. Agimus tamen Dominationi Vestrae magnam gratiam de studio operaque Dominationis Vestrae nobis oblata, quod inter nos et eos, qui publicam nostro iuditio turbaverunt utilitatem, agere voluit. Quod si hanc rem denuo tractari vellemus, omnino Dominationem Vestram mediatorem, imo et iudicem facile pateremur. Quum autem illi eam concipere opinionem, quasi nostram hoc in negotio curemus, facile Regiae Maiestati obtemperavimus. Sensimus enim haud obscure, quam incommodaverit nobis sylvarum devastatio, neque ignoramus, quae servitus, que incommoda, que immensa damna nos heredesque nostros olim manebant, ubi pensione hac ipsaque aedificandi necessitate firmata silvis adiacentibus succisis, nos nihilo minus vel maxima reddituum proveniunque nostrorum iactura cogeremur, quod semel subiissemus, conserbare opus et propter harenosum alveum et propter aquarum frequentem vim nunquam perficiendum. Cum itaque libere et vere dicamus impensas a nobis in publicae rei gratiam factas pensione nautarum equari, sylvarum autem nostrarum devastationem pensione longe superiore esse, rogamus Dominationem [Vestram] plurimum, promoveat apud Regiam Maiestatem causam hanc nostram, quo non dicimus voluntatis, curarum, studiorum nostrorum in Rempublicam, sed sumptuum necessarium eorumque immodicorum, sylvarumque devastationum merita et licita compensio, pensione telonei inducta, nobis a Cawensibus, Wildensibus et Gdanensibus fiat. Nam ut libenter Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, obsequundavimus, ita rursum impensarum nostrarum exolutionem habere studebimus. Si hanc rem a Dominatione Vestra impetraverimus, magna erit in referenda gratia voluntas nostra. Bene valeat Reverenda Dominatio Vestra, per quam nos cupimus Regiae Maiestati, Domino et patri nostro clementissimo observandissimoque, commendatos. Datum ex Monteregio ut supra.

In margine in initio scripti: Ad Dominum Ioannem Coynszky etc., 15 Iulii.

a) in ms. diceret.

N. 231.

E Regio Monte, 16.VII.1528.

Albertus dux in Prussia

Gregorio Meck, consuli Vilnensi,

*rogat, ut ei fabrum tignarium, Georgium Dirrepach (vel Durbach) nomine,
mittat, quem dominus suus, Albertus Gasztold, a servitio liberare
promisit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 24.

N. 232.

E Regio Monte, 25.VII.1528.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Samogitiae [Stanislao Kiežgajło]

de fructibus in finibus controversis collectis iuste dividendis.

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 324.

S [alutatio].

Habemus nonnullos fines ad arcem nostram Mymmel pertinentes cum praefectura Magnificentiae Vestrae litigiosos, super quibus iudices promissos Regiae Maiestatis expectamus; qui una cum nostris eosdem fines dispiciant et eos clare definiant ac describant. Cum vero messis aduentura iam est et fructus colligendi, rogamus, ne ex collectione eorundem fructuum nostro vel vestrorum subditorum iuri derogetur, aut inter nos et vestros aliqua molestia contingat vel discordia oriatur. Magnificentia Vestra velit efficere, ut fructus in finibus illis litigiosis fideliter et diligenter per scultetos aut iudices locorum colligantur et ad locum aliquem sequestrentur ac deponantur, et utri partium tunc fines huiusmodi adiudicabuntur, quod ea fructus huiusmodi percipiat et sic suum et iusticiam consequatur. Quod iustum et aequum censemus et omnino speramus Magnificentiam Vestram id facturam, ne aliter per suos subditos hac in re fiat. Nam bonam vicinitatem, presertim cum Magnificentia Vestra, conservare et iusticiam colere semper ex animo cupimus. Datum ex Monteglio, die vicesima quinta Iulii anno etc.^{a)} XXVIII.

In margine superiori: Ad Capitaneum Samogithiae, 25 Iulii.

a) sequitur expunctum: XXIX

N. 233.

Quidzini (Marienwerder), 3.VIII.1528.

Albertus dux in Prussia

capitaneo in Bratian [Ioanni Wieczwiński]

*pro subdito suo Ioanne a Klein Raden (in ms. Hans von Clein Radenn)
intercedit, ut documentum scriptum de possidendis bonis obtainere
queat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 32.

E Regio Monte, 14.VIII.1528.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de argentifodinis a rege clausis dolet, sed divinae voluntati obtemperan-
dum esse dicit; pro transmissis sibi novis gratias agit; rogat, ut sibi
significet negotium ab oratoribus Caroli V et Ferdinandi I in aula re-
gis Poloniae tractatum.*

Cfr. El. XXXIV, N. 119.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 328-329.

Quod argentifodinae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, non respondent labori nec voluntati Regiae Maiestatis, nobis quidem dolet, qui omnia mallemus Regiae Maiestati primum, deinde Illustri Dominationi Vestrae ex animo respondere. Sed quoniam ita se habet res, nec possumus nec debemus contra tractum fluminis niti, sed Domini ferre benignam voluntatem. Non coemendi argenti curam id temporis deponimus. Dominus olim nobis oportunitatem et modum monstrabit. Utinam autem Regiae Maiestatis coepita nova^{a)} moneta, ut bona est, ita et diuturna sit, imo perpetua. Id quod fieri speramus, ubi Illustris Dominatio- nis Vestrae prudentia providentiaque accesserit.

Novas res ita communicavimus, ut acceperamus utque tum erant. Sed interim et nos misimus ad Illustrem Dominationem Vestram litteras, quas hodie redditas speramus, non dissimiles Domini Wilhelmi Tru- xess literis. Agimus magnas gratias ob earum reliquarum quoque no- varum rerum communicationem. Ad nos nihil scriptu dignum pervenit, posteaquam proximum nuncium ad Illustrem Dominationem Vestram misimus.

Hoc quoque ab Illustri Dominatione Vestra magnopere rogamus, eadem velit nobis significare negotium illud, quod Serenissimi, Invictissimi ac Gloriosissimi Principis et Domini Domini Caroli, Sacri Romani Imperii Caesaris etc. et Domini, Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Boemiae et Hungariae etc. nuntii apud Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, egerunt^{b)}. In hoc faciet nobis Illustris Domi- natio Vestra rem gratissimam.

Commendamus nos Illustri Dominationi Vestrae, cui cum Illustri et suavissima coniuge¹⁾ omnia laeta foeliciaque precamur nos et Illustrissima coniux nostra²⁾; similiter et filiola Anna Sophia easdem Illustres Do- minationes Vestras qua potest voce risuque salutat. Datum XIIIII Augusti 1528.

In margine superiori: Ad Christopherum Schiedlovitzky, 14 Augusti.

a) sequitur non expunctum: nova

b) in margine.

1) Sophia de Targowisko.

2) Dorothea.

E Regio Monte, 15.VIII.1528.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro bonitate in negotio limitum et telonei Kuckerneese sibi a rege exhibita gratias agit; causam Ioannis Nimptsch commendat.

Cfr. El. XXX, N. 55.

Ostpr. Fol. vol. 48, ff. 325-326.

Agit gratias Regi, deinde intercedit pro Ioanne Niemsch.

Magnae mihi voluptati fuit novissimas Maiestatis Vestrae litteras legisse, quibus ita respondet votis meis regia bonitas, ut vere sentiam patrem, quem natura avunculum, ut gaudeam habere Dominum, quem Fortuna Regem dederat. Nihil dubito veritatem ipsam, ubi haec tam Samogithiae limitum quam Guckerness aedificii inspectio processerit, omnes naenias adversariorum statim obfuscaturam. Ago pro ea gratia Regiae Vestrae Maiestati, Domino meo clementissimo, immortales gratias eidemque praecor vitam foelicem ac tanto Rege dignos semper successus.

Ceterum sive Deo nostro Optimo Maximo, sive fato aliquo impellente, iterum non ab re duco Regiam Vestram Maiestatem atque eius clementiam implorare et precibus preces, ut igni ignem, addere, quando in hac caussa, quantum fieri potest, iusticiam, imo vel epiceiam abesse malim, tantam bonitatem, clementiam solitam notamque Vestrae Maiestatis mansuetudinem hoc in iudicio et sententiae pronuntiatione fore peto, oro et obsecro. Est autem caussa Ioannis Niemisch, miseri hominis, erumno-sae uxoris, moestorum liberorum. Cuius calamitatis tandem et adversarii, quos laesit, incipiunt commisereri, quorum durities, ut hactenus, et Regiam Vestram innatam clementiam morata est. Ita nunc omnium statuum Prussiae commiseratione coorta, nihil dubito fluvios hosce exosculandae mansuetudinis regiae, hactenus aliorum ira impeditos, largiter a tanta clementia profluituros. Oro igitur qua possum vi maxima et ut solent qui pro captivis supplices sunt, Regia Vestra Maiestas omnium ordinum Prussiae et meis precibus moveatur, et tam longas diurnas semperque recentes lachrimas tristissimi [hominis], uxoris liberorumque laeta Regeque mansueto digna sententia tandem praecidat. Meum erit hominem, iam pridem in meam gratiam vita donatum, sic instruere, ne tantae gratiae regiae unquam immemor sit. Ego quoque praecabor, ut quem et nos quotidie vel ingratitudine vel peccatis offendimus, Deum Patrem coelestem, nostri misereatur et a Regno Maiestatis Vestraeditionibusque omnibus omne malum arceat. Regiae Vestrae Maiestati, Domino meo clementissimo, patri amantissimo, me subditum et filium unice commando. Datum e Regiomonte, die XV Augusti anno etc. XXVIII

In margine superiori: Ad Regem Poloniae, 15 Augusti.

E Regio Monte, 15.VIII.1528.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto magno duci Lithuaniae
de oblata ei magni ducis Lithuaniae dignitate gratulatur; renovationem
antiquorum foederum, inter utrumque Ducatum initorum, commen-
dat.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 326-327.

Gratulatur Augusto Sigismundo ob Lithuaniae Ducatum illi oblatum additque de renovandis foederibus quaedam.

Adlatus est nobis hiis diebus optatissimus nuncius de Illustrissimae Dominationis Vestrae dignitate nova, nempe Serenitatem [Vestram], antequam hoc vel ambiret vel adfectaret, summo omnium ordinum inclitae Lithuaniae consensu, miro etiam populi applausu, nedum Serenissimi, potentissimi prudentissimique Regis patris pia voluntate, Magnum Ducem creatum. Gratulamur Serenitati Vestrae dignitatem eam amplissimam quidem, sed quae gradum illi tantum ad maiora praestare nobis videtur. Gratulamur Clarissimo Regi patri, Domino nostro clementissimo. Gratulamur Reipublicae Lithuaniae, tanto Principe nunc illustrioris. Atqui o utinam quod illi obtigit, perpetuo faustum sit ac foelix. Gratulamur nobis ipsis eum Serenissimum filium amplissimis honoribus esse auctum, cuius patrem nos Dominum clementissimum et avunculum amantissimum agnoscimus. Serenitati itaque Vestrae omnia studia mea xeniorum vice libens offero. Faxit Deus, ut bene vertat et nobis et Reipublicae nostrae haec Serenitatis Vestrae et amplissima et gratissima nobis dignitas.

Sunt quoque nobis terrisque nostrum perantiqua foedera cum retro Ducibus terrisque illis, quas^{z)} renovata vellemus, quando id e re utrunque terrarum esse constat. Quare Serenitatem Vestram, Dominum nostrum clementem, plurimum rogamus, velit iis Comitiis eniti, quo foedera ea omnia renoventur sanctaque fiant. Nos vicissim ed Serenitati Vestrae gratificari et terrarum Serenitatis Vestrae utilitatem promovere semper conabimur. Bene valeat Serenitas Vestra, cui nos plurimum commendamus, Principi Magno, Domino necessario, amabilissimo, vicino item exoptatissimo, per quem rogamus et cupimus sacris parentibus, Dominis nostris clementissimis, plurimum commendari. E Monteregio, decimo quinto Julii,^{a)} anno Domini MDXXVIII.

In margine superiori: Ad Magnum Ducem Lithuaniae novum, 15 Iulii.

a) in ms. Iulii, recte Augusti.

z) sic in ms.

E Regio Monte, 15.VIII.1528.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto magno duci Lithuaniae
de suo erga eum fere paterno amore et reverentia; de antiquorum foederum renovatione.*

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 328.

Pollicetur Magno Duci sua officia.

Congratulati quidem sumus Serenitati Vestrae Magnum hunc Ducatum novum et honoris gradus primos, sed vix ita ut debuimus. Tanta enim sunt Serenissimi patris et Regis, Domini nostri clementissimi, erga nos beneficia, tantum etiam proinde debemus eidem, ut solvendo nunquam unquam esse possumus^{z)}. Atqui nos nihilominus obnoxios putamus quam patri, quem et filium respiciat quod patri debitum est. Nos libenter agnoscimus et tanti Regis et tanti filii nos esse debitores. Solent magnae fidei debitores esse, qui a miximae fidei creditoribus accipiunt. Quare plurimum rogamus, Serenitas Vestra persuadeat sibi se a nobis non minus quam a patre Serenissimo Rege, Domino nostro clementissimo, et reverenter coli et vehementer amari. Foederum antiquorum renovationem fieri oportuno tempore nihil addubitamus, quando id e re utrarumque terrarum fore constat. Serenitatem Vestram in Domino valere exoptamus, cui nos quam maxime commendatos esse percupimus. E Regio Monte, 15 Augusti 1528.

In margine superiori: Ad Augustum Sigismundum Magnum Ducem Lithuaniae, 15 Augusti.

z) sic in ms.

E Regio Monte, 28.VIII.1528.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Stanislao Kiežgajło]
pro subdito suo Nicolao Jahn, cui, cum a domo aberat, iuvenis quidam,
Glockenmann nomine, in silva, in qua ligna caedere ei permisit capitanus,
magna intulit damna, ut dictus iuvenis ab eiusmodi gestis
patrandis in posterum arceatur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 25-26.

Cleipodiae, 6.IX.1528.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Quirino Schlick, consiliario suo, et uxore eius Euphemia, filia de-
mortui palatini Culmensis, Ioannis a Dammerau, quibus consanguinei
eiusdem Euphemiae debitam ei dotem persolvere nolunt.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 34v-36.

E Regio Monte, 12.IX.1528.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de doctore Ottone a Pack, Georgii Saxoniae ducis consiliario, falsi cuius-
dam confictae confoederationis aliorumque criminum accusato, Cas-
sellae in Hassia interrogato, latius refert; iterum scire cupit, quid
egerint impetraverintque oratores imperatoris, regis Ferdinandi et
Ioannes Schönberg, orator ducis Saxoniae.*

Cfr. El. XXXIV, N. 119.

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 330-332.

Narrat actorum Cassellae in Hessia hystoriam.

Certarunt in proximis Illustris Dominationis Vestrae litteris, ut qui-
dem alias semper, humanitas et officium, sed vicit nostra sententia hu-
manitas, quamquam ita, ut summa laude sua victimum sit officium. Tale
enim se praestitit, quale a fratribus, nedium amicis, accipitur. Utinam
et nos quantulacunque ex parte amori, benevolentiae, officio, humanitatii,
item Illustri Vestrae Dominationi, respondere possemus, sed responde-
bit interim animus.

Fabula-ne sit an non, qua Germaniae magnam calamitatem minaba-
tur, et nos hodie ignoramus. Scribimus autem quae interim acta sunt.
Serenissimus Rex Ferdinandus, Principes Electores caeterique statuta die
Cassel (quod est Hessiae oppidum) Doctorem Pock ad tribunal per ora-
tores suos sisti fecerunt, accusantes eum et falsi et a se confictae confoe-
derationis, aliorum item capitalium criminum. Negavit ille omnia: pri-
mum nullius falsi se reum; litteras omneis, quas ipse aut scripserit aut
signarit, asseveraverit Principis sui Ducis, Domini Georgii¹⁾, scientia con-
fecisse se non negaturum, non negaturum hoc Principem Georgium, si
rediret vetus erga illum clementia. Confoederacionem^{a)} autem minus a se
confictam. Vidiisse se litteras confoederationis iam integras et absolu-
tas, quas vocant originales^{b)}, idque casu et forte fortuna. Nam traditas
eas [a] Duce Ioanne²⁾ filio in vestibulo consilii Cancellario reddendas Duci
Georgio patri ibique ob negotiorum aliorum multitudinem sibi litteras
datas a Cancellario Duci Georgio tradendas, a [quo] rursum ipse acce-
perit sericeis funiculis occlusas, iussus easdem sigillo munire atque Can-
cellario reddere.

Principes non contenti Doctoris responso petierunt a Landtgravio³⁾, ut questio de illo haberetur. Quod ipsum Doctor Otto Pock statim annuit, modo vicissim et de Cancellario Ducis Georgii questio haberetur. Quae res questionem remorata est. Doctor Pock iusticiam fieri petiit. Verum quum ea dies ad sistendum eum tantum constituta, qui litteras confederationis Landtgravio reddidisset, res dilata est in aliud tempus, aliud item iudicium. Nam obtulit Principibus accusatoribus Landtgravius Principum Electorum, Domini Philippi Pfaltzgravii, Episcopi Tridentini, Argentinensis et Norimbergensis Consiliarios et Senatores binos atque binos, atque de primoribus terrae suae Consiliariis item suis aequalis numeri. Quod quidem Oratores praedicti ad Principes et Dominos suos referre mandarunt. Habet Illustris Dominatio Vestra summarie rem, ut nobis relata est. Quod si veriora nobis erunt, non latebunt Illustrum Dominationem Vestram, nam nihil dubitamus veritatem tandem nobis adparituram.

Petimus autem amice, Illustris Dominatio Vestra, quantum nobis communicare licebit, perscribat ad nos, quid egerint impetraverintque apud Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum clementissimum, Orator Caesereae Maiestatis, Ioannes item a Schonberge, et Domini Ferdinandi Orator.

Magnam habemus gratiam Illustri Dominationi Vestrae, quod neminem nos, sed fratrem nostrum dilectissimum, Dominum Guilhelmum, tanta prosequitur benevolentia, ut de illius statu, successu atque ornamentis tam sollicitam habeat curam. Italiam caesareumque exercitum accessit exercendi corporis virtutisque augendae gratia. Nec dubitamus, si vel [a] Braunsviciensi Duce⁴⁾ aut quovis alio intelliget, quod vel honori Regiae Maiestatis aut nostrae²⁾ officeret, non ignoratueros hoc, quicquid sit, nos. Satis dictum prudenti...

In margine superiori: Ad Schiedlovitzky, 12 Septembbris.

- a) *in ms.* Confoedretionem
b) *in ms.* originales
z) *sic in ms.*

- 1) *Georgius, dux Saxoviae.*
2) *Ioannes dux Saxonie.*
3) *Philippus landgravius Hassiae.*
4) *Henricus (?)*

N. 241

E Regio Monte, 14.IX.1528.

Albertus dux in Prussia

*Severino Boner, burgrabio et zuppario Cracoviensi,
pro servitiis, in nonnullis negotiis pecuniaris sibi exhibitis, gratias agit
et alia id genus negotia commendat.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff.33-33v.

An Paner, grosschaffer zu Crackaw etc.

Unsern gunstigen grus zuvor etc.

Ewer schreiben, des datum steht Crakaw den 19 Augusti, haben wir empfangen, vorlesen lassen und daraus erstlichen die danksgung unsers gnedigen schreibens, desgleichen eur vorner erpieten verstanden, und wer solcher abdanckung gar nit vonnoten gewesen, dan wir eur person noch zur zeyt nit vil sonderlicher gnaden erzaigt haben. Wo es aber

die gelegenheit also und dermassen zutrige, das wir euch oder den eu-
ren gnedigen willen und furderung thun konthen, wollen wir uns solcher
gestalt beweysen. Darob ir yr vermergken solt, das wir euch mit allen
gnaden genaigt, haben auch eur weiter dienstlich erpieten zu grossem
gefallen angenomen und wollen dasselbig in gnaden widderumb zu er-
kennen in khein vergessen stellen.

Zum andern, haben wir euren gehabten vleys bey dem schatzmaister,
auch bey einem ersamen rath zu Crakaw, mit aufsigelung Michel Maydles
nachgelassener gutter der quittantzen, desgleichen des wechsels halben
vormerk. Desselbigen thun wir uns gegen euch gantz gnediglichen be-
dandcken und wollen gar nit zweyfeln, ir werdet keinen vleis an euch
erwinden lassen, die ubrigen zweytausent gulden ins furderlichst Cas-
par Nutzeln gen Nurennberg zu uberschigken, wie wir dan hiemit an
euch gantz gnediglichen gesonnen und gutlich gebeten wolten haben, al-
len moglichen vleys furzuwenden, damit solchs ins erste beschee. Dann
uns unser furstliche ere und glauben daran gelegen und wes allenthalben
fur uncosten des aufwechsels halben^{a)}, auch in uberschigkung der gantzen
summa darauf laufen wurdt, uns eurem schreyben nach ein clare vor-
zeignus zu fertigen und euch auf kunftig Ostern von der summa, so uns
von ko.mt., unserm allergnedigsten hern, zukomen wurde, desselben
bezahlen.

Wir lassen uns auch sehr wolgefallen, das ir allen vleys bey Michel
Maydles freunden furwenden wolt, damit Hennrich von Konneritz, heupt-
mann im Jochimstall, der 200 gulden, so wir ime schuldig, entricht und
das uns ein clarer beschaidt der viertausent gulden halben, so Michel
Maidles vorgangens jars von unsertwegen empfangen, zugeschickt sol
werden. Welchs hinwiderumb gegen euch und den euren mit sonderli-
chen gnaden zu erkennen in kein vorgessen gestelt wolt haben, dan warin
wir euch allen gnedigen willen erzaigen konnen, dorin wollen wir alzeit
gnaigt erfunden werden. Datum Konnigsperg des 14 Septembris 1528.

In initio epistolae in margine: den vierzehenden September.

a) sequitur expunctum: um

N. 242.

E Regio Monte, 15.IX.1528.

*Albertus dux in Prussia
capitaneae Naklensi
ei cadaver filii occisi [Christophori] repetenti respondet eum iam prope
sepulcrum filiae sua supultum esse ideoque remitti non posse.
Ostpr. Fol. vol. 42, f. 32v.*

An die fraw zum Nackell 15 Septembris.
Unsern gunstigen grus und genedigen willen zuvor.
Edle und tugentsame, liebe besunder.

Wir haben des erbarn und erenthesten Mathis Wedell, ewer tochter
man, anbringen, so ehr uns ewerthalben gethan, genediglichen angehort.

Dorinne ehr an uns begern thut, das wir ewers sons seligen leichnam zuschicken wollen, domit yr denselben an die ort und stelle, do sein vorfarn und eldern, zue erden bestatten und begraben lassen moget etc. An welchem wir euch gerne zu gefallen gewest, wo solchs von uns hette gescheen mogen. Dieweil wir aber denselben corpor alhie (wie wir dann auch yn unserm vorgen schreyben vormelt) ehrlichen, statlichen und christlichen begraben und bey unser tochter legen haben lassen, so ist unser beger und bith, yr wollet, so es also Goth geschickt und nuhemals nicht anders bescheen mag, solchs Got bevelen und euch hirein zufriden stellen und uns yn dem entschuldiget haben, wie wir dann gedachtem ewern tochter man unser ursach und bedencken, dieselb euch furder zu eroffnen, angezeigt. Dan werden wir euch und den ewern sunst allen gnedigen willen konnen erzaigen. Dorinne wollen wir allezeit geneigt und willig erfunden werden. Datum Konigspergk.

In initio epistolae in margine: Nackell.

N. 243.

E Regio Monte, 29.IX.1528.

Albertus dux in Prussia

*Stanislao Raczkiewicz et Bohdano Hrynkiewicz
eis de capitaneo Lycensi et aliis ducis officialibus conquerentibus re-
spondet, ut intra 14 dies se iterum sistant, cum responsa a dictis
officialibus pervenerint.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 26.

N. 244.

E Regio Monte, 29.IX.1528.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

rogat, ut Nibschtz promoveat negotium consiliarii ducis, Theodorici a Schlieben, cui capitaneus Lomsensis debitam ei pecuniam, spredo regis mandato, nondum persolvit; item ut operam suam apud regem praestet in causa cuiusdam civis Gedanensis, cuius nomen memoria non tenet; Ioanni Zambocki se brevi scripturum esse significat; Ioannem Chojeński salutat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 33v-34v.

E Regio Monte, 30.IX.1528.

Albertus dux in Prussia

Henrico VIII regi Angliae

*ex magno Theutonici Ordinis magistro dux hereditarius Prussiae factus
longe maiora officia se praestitum esse promittit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 332-334.

Promittit illi quaevis officia eaque hoc tempore, quo ex Principe relligioso factus est Dux et haereditarius Princeps, longe maiora, praecipue vero de mittendis falconibus mentio fit.

Literas Regiae Vestrae Dignitatis proxime ad nos scriptas una cum gratiarum actione pro falconibus missis accepimus et perlegimus. Sed quum Regia Vestra Dignitas benignam officiorum nostrorum mentionem facit, quae dum adhuc summa Ordinis Theutonici gubernatio penes nos steterit Magistrumque Magnum agebamus, eidem Regiae Vestrae Dignitati a nobis sunt exhibita, nolumus eandem latere, quod a summis mundi capitibus Imperiique proceribus, quorum aliquandiu in summa nostra necessitate auxilium, consilium et opem superioribus annis frustra querebamus, derelicti, tandem nos, divina providentia ita disponente, Ducatu Prussiae a Serenissimo Principe et Domino, Domino Sigismundo Rege Poloniae etc., Domino et patre nostro clementissimo, iure^{a)} haereditario, consensu et voluntate totius Regni Poloniae incolarumque Prussiae, donati sumus. Proinde hoc titulo nunc utimur. Eam ob rem, si Regiae Vestrae Dignitati non solum in mittendis falconibus, verum etiam aliis in rebus, mutato statu et facie Reipublicae Borussiana, uti Dux Prussiae officia et grata obsequia praestare possemus, in hoc quidem nunc longe promptiores erimus, quam unquam antea a nobis factum est. Hinc factum est, quod et Regiam Vestram Dignitatem scire volumus, licet Serenissimus Boemiae et Hungariae Rex^{b)}, Electores, alii quoque Principes, fratres quoque nostri charissimi, amice a nobis falcones petierint, tamen quo Regiae Vestrae Maiestati gratificaremur hac in re, Regiae Vestrae Dignitatis prae caeteris optionem^{b)} primum etiam locum habuit. Huius rei testis erit eiusdem Regiae Vestrae Dignitatis famulus ad nos missus. Id quod et deinceps fiet, quum Regia Vestra Dignitas falcones a nobis desiderabit famulumque, quemadmodum iam ad hoc ipsum, mittet. Nam et persuassimum Regiae Vestrae Maiestati esse [debet] nos ad serviendum eidem et paratissimos et promptissimos. Bene et foeliciter valeat Regia Vestra Maiestas, cui nos commendatos esse plurimum oramus. Datum ultima Septembris 1528.

In margine superiori: Ad Regem Angliae Henricum, ultima Septembris.

a) sequitur expunctum: haeder

b) probabiliter error pro: optio

1) Ferdinandus.

N. 246.

E Regio Monte, 30.IX.1528.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Stanislao Kiežgajło]
in bonae viciniae testimonium duos canes anglicos mittit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 27.

N. 247.

E Regio Monte, 24.X.1528.

*Albertus dux in Prussia
Bogussio [Bohusz Bohowitynowicz], Magni Ducatus Lithuaniae thesaurario,
pro Paulo Milisch (in ms. Miltisch) et genero eius, Ioanne Feierabend,
quia in concessione regia eis data ad caedenda ligna et cinerem con-
flandum in silvis Memelensibus ob incuriam scribae irregularitas
quaedam inventa est, ut eis nova concessio procuretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 334-335.

N. 248.

E Regio Monte, 18.XI.1528.

*Albertus dux in Prussia
palatino Masoviae [Felici Brzeski, in ms. palatino in Tzechnaw]
pro Elisabeth Nikolajskja (in ms. Nickolasky), cui a nobilibus Łaski et
Hermański ratione cuiusdam molendini eius illata est iniuria, inter-
cedit, ut ei iustitia administretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 335-336.

N. 249.

E Regio Monte, 21.XI.1528.

*Dorothea dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
pro salutatione sibi per episcopum Kiovensem, Nicolaum Wiežgajło,
facta gratias agit, obsequia et officia offert, primitias terrae dono
mittit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 336-337.

Agit gratias pro salutatione per oratorem facta suaque officia sedulo
promittit.

Narravit mihi Reverendissimus in Christo Pater, Dominus Nicolaus
electus Episcopus Kyoviensis, Orator a Serenissima Regia Maiestate Po-

loniae, Domino meo clementissimo et tanquam parente meo charissimo, ad Illustrissimum Principem Ducem Prussiae, Dominum et consortem meum charissimum, missus, clementem et benignam salutationem Maiestatis Vestrae Reginalis et quod dignata sit tanta Maiestas et litteras meas et obsequiosi mei amoris significationem subinde per nuntios consortis nostri Illustrissimi et charissimi a me sibi mitti expetere. Deum immortalem vix dicere possum, quam inter se certarint timor noster, ^{a)}debitus tantae Maiestati^{b)}, simul et dulcis quedam^{c)} voluptas: illum adoranda Maiestas toto orbe celebris, hanc rursum tantorum fascium ad humiles fores nostras blanda et amabilis submissio inducebant. Sed effecit incredibilis illa Reginalis Vestrae Maiestatis humanitas, mihi quidem iam pridem fama constantissima multisque argumentis perspecta, nunc vero Reverendissimi Pontificis Nicolai Domini et amici mei charissimi relatione^{c)} perspectissima, ut depulso timore omni (nisi qui Maiestati tantae debetur) litteris meis frequentissimis, etsi quisquiliis comparandis, Maiestatis Vestrae maximis innumerisque negotiis opstrepitura sim. Quare per Reginalis Vestrae Maiestatis clementiam et mihi venerandam humanitatem rogo, dignetur a Reverendissimo Praesule ea benignis auribus audire, quae ad eandem meo nomine referet. Ex reginali item et innata bonitate, clementi animo, sacris piisque manibus accipere non munus meum, sed primitias quasdam terrae huius Pruthenicae donorum coelitus datorum, testimonium summae meae et debitae observantiae erga Reginalem Vestram Maiestatem, Dominam meam clementissimam et uti matrem charissimam, in qua una omnes meae spes omnesque opes sitae sunt. Cui omnia mea studia et obsequia offero et defero et eam quam foelicissimam imperare et valere cum Serenissimis et suavissimis liberis ex animo opto. Datum etc. 21 Novembris 1528.

In margine superiori: Ad Reginam Poloniae nomine Ducis Dorotheae,
21 Novembris.

a)-b) *in margine.*

c) *in ms. relatori*

z) *sic in ms.*

N. 250.

E Regio Monte, 21.XI.1528.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]
pro litteris et benevolentia gratias agit; aliqua nova transmittit.
Ostpr. Fol., vol. 48, f. 338.*

Gratulatur se nova amici consuetudine auctum et rerum novarum quaedam mittit.

Reverendissimus Dominus Episcopus electus Kyoviensis¹⁾, vir praeter dignitatis splendorem mira morum comitate perspicuus, cui natura videtur mite ingenium insevisse, amicus noster charissimus, tradidit nobis binas litteras Reverendissimae Vestrae Paternitatis, plenas amoris, officii atque benevolentiae. Gratissimae nobis literae fuerunt, gratissima item officia, utpote quae scimus a candido et syncero animo atque plane

ab amico nostro suavissimo profluere. Utinam nos tantae benevolentiae respondere aliquando possimus; ubi se obtulerit occasio, non derit voluntas et animus. Gaudemus nobis plurimum eo auctos nos iam pridem et splendidissimo^{a)} et ornatissimo^{b)} viro, et qui nobis bene velit et qui benefacere nobis potis sit.

Mittimus Reverendissimae Paternitati Vestrae res novas haud pridem nobis communicatas, quae utinam bene vertant omnibus nobis et communi ac sanctae tranquillitati. Vicissimque Vestram Reverendissimam Paternitatem semper florentem a Deo Optimo Maximo servari ex animo precamur. Bene valeat Reverendissima Vestra Paternitas, per quam rogamus nos, nostra quoque obsequia Serenissimis Maiestatibus Regiae et Reginali²⁾, Dominis nostris clementissimis, Ducali item Celsitudini, Domino nostro clementissimo et necessario amantissimo, commendari. Datum Konigspergk, 21 Novembris 1528.

In margine superiori: Episcopo Vilnensi, 21 Novembris.

a) *in ms.* splendidissimo

1) Nicolaus Wiegajlo.

b) *in ms.* et ornatissimo *repetitur.*

2) Bona.

N. 251.

E Regio Monte, 21.XI.1528.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi,
de aliquot bombardis in capitaneatu Labia ab officialibus ducis retentis,
iam, se iubente, liberis et abducendis.*

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 339.

De retentis in Labia bombardis mentio fit.

Significavit nobis Reverendissimus in Christo Pater, Dominus Nicolaus electus Episcopus Kyoviensis¹⁾, Regius Orator, amicus noster charissimus, Magnificentiae Vestrae bombardulas aliquas in capitaneatu nostro Labia, ubi thelonea persolvuntur, a nostris retentas. Quod ideo factum comperimus, quia scilicet caruerunt literis qui easdem adduxerunt. Iam vero eius rei a Reverendissimo Praesule commonefacti libenter concedimus, ut per quencunque Vestrae Magnificentiae literas habentem abducantur. Rogamus autem plurimum, Magnifica Vestra Dominatio, si quid deinceps earum rerum, praesertim quae vel inimicis contra aut Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, et avunculum charissimum, florentissimum Magnum Ducatum Lithuaniae aut nos usui esse possent, emerit et adduci voluerit, adiungat literas, quibus a periculis eiusmodi tuti reddamur. Ceterum Magnifica Dominationi [Vestrae] gratificari atque de eadem ut amico nostro benemereri nobis promptus est animus. 21 Novembris 1528.

In margine superiori: Domino Gastold, 21 Novembris.

1) Nicolaus Wiegajlo.

N. 252.

E Regio Monte, 21.XI.1528.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de episcopo Kioviensi, Nicolaao [Wieżgajło], legatione sua apud ducem
optime perfuncto nuntiat et pro regia in se clementia gratias agit.*

Ostpr. Fol., vol. 48, f. 340.

Gratias agit regiae munificentiae.

Reverendissimus Dominus Nicolaus, electus Kyoviensis Episcopus, Sacrae Regiae Vestrae Maiestatis Orator, amicus meus charissimus, legatione sua apud me summa laude et admiratione virtutum suarum defunctus est. Cuius vigili opera confecta sunt quae a Maiestate Vestra iam pridem rogavi ac per eandem Reverendam Suam Paternitatem Regia Vestra Maiestas confici voluit. Quemadmodum haec omnia ex Reverenda Sua Paternitate intelligat et melius et disertius quam a me scribi possit. Ago itaque quam maximam gratiam Serenissimae Maiestati Vestrae Regiae ob clementem in me animum, multis maximisque argumentis nobis ita perspicuum, ut maiorem clementiam ne sperare quidem debeam. De qua utinam ita mereri possem ut velle. Precor Regiam Vestram Maiestatem, in qua omnes fortunae meae sitae sunt, commendatum me habeat, obsequiosum Principem atque honoris Regiae Vestrae Maiestatis studiosissimum. 21 Novembris 1528.

Sub textu: Simili modo ad Sigismundum Augustum atque mutatis mutandis ad Nobilissimos Ordines.

In margine superiori: Ad Regem Poloniae, 21 Novembris.

N. 253.

E Regio Monte, 21.XI.1528.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

*pro salutatione sibi per electum episcopum Kioviensem [Nicolaum Wież-
gajło] facta gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 340-341.

N. 254.

E Regio Monte, 22.XI.1528.

Albertus dux in Prussia

ordinibus Magni Ducatus Lithuaniae

*oratorem regium, electum episcopum Kioviensem Nicolaum [Wieżgajło],
laudat et ait eum legationem suam «summa laude et admiratione»
obivisse.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 341-342.

E Regio Monte, 26.XI.1528.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Georgio Ludicke (vel Ludick), cive Regiomontano, intercedit, cui a
teloneariis Caunensibus iniuria illata est.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 342-343.*

E Regio Monte, 4.XII.1528.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
de morte Casimiri ducis Thessinensis dolet; pro officiis viduae demortui
principis, suae autem sorori, Annae, praestitis gratias agit; pro Qui-
rino Schlick intercedit; commendat oratores suos, quos ad Comitia
Regni in negotio finium missurus est; cornu dono mittit; expedit
procurari sibi litteras regias, quarum vigore boves coquinae suae
destinati sine telonei solutione quotannis ex Podolia adferri possint.
Cfr. El. XXXIV, N. 122.
Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 343-348.*

S [alutatio].

Ut solent esse res humanae, et iucundum et triste nunctium attule-
runt nobis litterae Illustris Magnificentiae Vestrae, ad nos Nobilemque
Dominum Achacium de Tzema, sincere nobis dilectum, conscriptae, nam
et ille suas ad nos praemiserat, quae animum nostrum exhilararunt.
Haec ferme sunt amor Magnificentiae Vestrae Illustris in nos, quem nos-
trarum litterarum ad quauntuncunque tempus intermissarum desiderio
expressit, amor item Magnificentiae Vestrae in Illustrissimam
Principem foeminam Dominam Annam, germanam sororem nostram cha-
rissimam. Quae rursum laeticiam nostram tristitia miscebant, nunctium
hoc fuit de Illustrissimi Principis nobisque longe charissimi Ducis The-
siniensis [obitu], qui et honoribus et virtutibus multos Principes suae
aetatis antecelluit, vel Vestrae Illustris Magnificentiae testimonio. Sed
ut laetis acerba tristibusque iucunda adiungat, quo discamus nostram
illius voluntati, velimus nolimus, componere, precemur itaque piis ma-
nibus charissimi utriusque nostrum fratris sanctam requiem, neque
enim aliud possumus et ipsi mortales.

Quae pro solvenda charissima atque Illustrissima nostra sorore fa-
cere instituit, plurimum exosculamur, et quod officia sunt digna Vestra
Illustri Magnificentia et quod honoris nostri accessionem pariunt. Ita
nihil praetermittit officii Vestra Illustris Magnificentia, quo familiam
nostram, nedum nos ipsos, illustrare et ornare possit, ut omnibus testa-
tum nunc esse possit amicitiam nostram, quae in fraternum amorem
iam pridem versa est, opinionem et famam multo maiorem spe conse-
quutam esse. Nunc tametsi nihil rerum illarum nobis suppetat, quid

recte mereri de Vestra Illustri Magnificentia possimus, non committemus, ut ingrati aut immemores repperiamur. Bene vertat Dominus hanc nostram sanctam amiticiam^z) filii et nepotibus utriusque nostrum dulcissimis. Proinde rogamus, ne unquam Illustris Magnificentia Vestra a tam sancto instituto se avertat. Diligat, amet, tueatur, conservet Illustrissimae et charissimae germanae nostrae fortunas, relictæ honestissimæ. Quam relictam, sed foelicem putaverimus, ubi commendatam eam habuerit Illustris Vestra Manificentia, simul et ubi eam inclito Domino Ioanni a Bomstzy, eius Ducatus tutori, pro sua humanitate commendaverit.

Iam quod Illustris Magnificentia Vestra subduxit se a Cracovia ob ingrumentem pestem, plurimum laudamus, quoniam ut ferenda est Domini voluntas, ita rursum tentari non vult benignus et coelestis Pater.

Rei familiaris scribit nos incumbere Illustris Magnificentia Vestra, doctus eius rei a Domino Achatio, qui coniecturam nescio quibus ex rebus pro prudentia sua atque singulari in nos affectione sumere potuit. In quam rem quidem operam nostram insumimus, sed fama longe minor, tamen angustiam et mediocritatem rei familiaris, suppelletilis instrumentorumque hic repertam pro viribus, novus maritus, augere studebimusque^z).

Rogavit a nobis Nobilis et Generosus Quirinus Schlick, Comes et fidelis nobis dilectus, ut causam eius apud Sacram Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et avunculum charissimum, nostra intercesione promoveremus. Neque defuit illi studium nostrum, caussa autem est donationis propter nuptias petitio, quam reluctante socero aut differente saltem longius aequo agitat. Eam pro mutua eaque firmissima nostra amititia Illustri Magnificentiae Vestrae commendo. Ea quoniam districtum Rhendann hypothecam esse non ignorat Illustris Vestra Magnificentia Nobilis Ioannis de Losien, vellet fidelis noster nobis multum charus Quirinus Schlick hypothecam ad se transferri eadem summa, qua Losyem constituta est. Id quod fidei Vestrae Illustris Magnificentiae secreto committimus. Neque dubitat ille rem confici posse Illustris Magnificentiae Vestrae opera. Quare plurimum et vehementer rogamus, Illustris Magnificentia Vestra, ubi ad Sacram Regiam Maiestatem proximis Comitiis venerit salva et incolumis, quod sancte precamur, aget secreto hanc rem cum Maiestate Regia pro sua summa prudentia, auctoritate et dexteritate, nobisque significet Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, voluntatem, quam et nobis et nostris propitiari propensamque speramus.

Caeterum dictis Comitiis mittemus ad eandem Regiam Maiestatem oratores nostros ob controversias quasdam finium et limitum causa inter Mazovitas et nostros haerentes. Quare rogamus, ubi advenerint nostri, eos causasque nostras pro solita humanitate commendatos habeat. Et ut exordio nostro finis respondeat, agimus Illustri Magnificentiae Vestrae magnam gratiam, quod tam^a) studiose et amice desiderabiliter nostras literas postulavit, quarum sedulitatem tantisper obmiseramus, quod non erant quae digna videbantur tanto amico, fratri^z) nostro charissimo. Neque hodie nova habemus, nisi quae mercatores tradunt. Ea, ut acceperimus, tradimus. Convolasse scilicet gentem in Marchia, equites et pedites, sed cuius rei gratia aut a quo introducti sint, nobis non constat, nisi quod iisdem authoribus. Dux exercitus nominatur Nicolaus a Ninqultz^b). Simili rumore percepimus et denuo profligatum Regem Ioannem caesosque suos. Vestram proinde Illustrem Magnificentiam rogamus, si

quae veriora habet, nobis describi committat, cum ut res ipsas novas, tum ut Illustris Magnificentiae Vestrae animum in nos syncerum esse agnoscamus.

Comperimus Magnificum Dominum Capitaneum Marienburgensem²⁾ cornu, a nobis ei dono datum, Illustri Vestrae Magnificentiae tradidisse, quod argumentum nobis praestitit Illustrum Vestram Magnificentiam gaudere his rebus. Quare eidem cornu nostrum, quo nos ipsi aliquandiu usi sumus, impolitum quidem, sed ob id magis sonorum. Quod enim decori adcedit, detrahitur experientia magistra et teste sono ipso. Et si foeliciter aliquando cesserit in venationem, hoc cornu recordationem amoris nostri in Illustrum Dominationem Vestram semper cum ipso sono pariat. Nos benemereri de Illustri Vestra Magnificentia et per eandem Sacrae Maiestati Regiae nos unice et Domino nostro clementissimo atque avunculo et observantissimo et charissimo commendari percupimus. Illustrum et Magnificam consortem Illustris Vestrae Magnificentiae nobis charissimam³⁾ cum suavissimis liberis plurima salute, et si quid salute illis gratius esse potest, impartimus. Utinam incolumem Dominum maritum et patrem ipsi incolumes semper conspiciant et gaudeant... Datum e Königsbergio 4 Decembris 1528.

Schedula.

Opus habemus in annos singulos boves 2000, qui coquinæ curiae nostræ et servitorum cedunt. Eos quoniam ex Podolia adferri facimus, theloneo non impediri percupimus. Poterit autem Illustris Magnificentia Vestra vel unis litteris huius rei Sacram Regiam Maiestatem commonefacere, ne deinceps praecibus meis quotannis opus sit. Theloneum enim persolvi a nobis privilegia nostra non patiuntur et nobis hac in re nihil negotii cum mercatoribus, de quo hiis fidem facimus presentibus, erit. Bene valeat Illustris Magnificentia Vestra. Datum ut supra.

a) *in margine*

1) *recte* Minkwitz

z) *sic in ms.*

2) *Ioannes Baliński.*

3) *Sophia de Targowisko.*

N. 257.

E Regio Monte, 4.XII.1528.

Dorothea dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, Regni Poloniae cancellario,
pro salutationibus sibi per « praepositum Montis Beatae Virginis » nomi-
ne suo et suorum allatis gratias agit et ipsa eum suosque salutat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 48, ff. 348-349.

N. 258.

E Regio Monte, 17.XII.1528.

Albertus dux in Prussia

*Lucae a Gorka, castellano Posnaniensi,
pro subdito suo, Donato Sachs, intercedit, qui cum pelles in Germaniam
exportaret, ad iniustum vectigal persolvendum Posnaniae coactus
est; flagitat, ut ei illicite extorta pecunia restituatur.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 36-37v.

An Lucas von Gorka, starusten zu Posenn und obersten heuptman in Grossen Polen 17 Decembris.

Unsern gunstigen grus und gnedigen willen zuvor.

Wolgeborner, edler, lieber besunder.

Uns hat unser underthan und lieber, getrewer Donat Sachs in aller demuth clagende furgebracht, wie ehr ungeferlich fur einem jar einem burger von Dantzig etzlich leder hinaus in Deutschelandt gefurt habe, des ehr dann ein schriftlich bekentnus mit einem anhangenden insigel eines ersamen rats von Dantzig hot. Als ehr aber gen Posen kommen, habe ehr dasselbig leder mit sechzehn gulden und auch die pferdt jglichs mit einem gulden wider dem contract und ko.mt. von Polen etc., unsers allergenedigsten herrn, begnadung, den von Dantzig bescheen, vorzollen mussen, und doche die^{a)} begnadung clerlich mitbrengt, das alle die furlewth, so Dantzker burger leder furen, alleine von einem jglichen pferdt einen gulden zollen sollen und von dem leder nichts zu geben vorpflicht. Welchs alles unsern underthan obgedacht uff jhene zeit aus unwissenheit des zolners, dem solche begnadung nicht kundig gewesen, beschee. Wie ir dann weiter von ime bericht einnhemen mocht, uns hirauf gantz dienstlichs vleis ersucht und gebethen, wir wolten in an euch gnediglichorschreiben, damit ehr vormittels unsrer furderung dasjenige, so ime uberpillikeit gehomen, widerumb von demselben zolner uberreicht moge werden. Dieweil wir dann die bekentnus eins ersamen rats zu Dantzig mit iren anhangenden insigel befestigt gesehen, dorin die von Dantzig zustehen und selbst bekennen, das obgemelt leder irem mitburger Michel Wernigken zustendig, wie auch den obgenanten unsern underthan, als unsren lieben getrewen gern vor andern bevorab in dem, das die pillikeit vormag, furdern wolten, haben wir ime solch sein zimlich bit nicht wollen abschlaen, ist demnoch an euch unsrer gnedigs sinnen und gutlich bith, ir wollet hierin die pillykeit bedencken und dasjenige, so unserm underthan wider ko. begnadung, so den von Dantzigk widerfaren, bescheen, zu hertzen furhen, nichts minder^{b)} behulfllich erscheinen, damit ehr sein ausgelegt gelt von dem zolner zu Posen widerumb der geput nach erlangen und bekommen moge. Dann, wo solchs nit beschee, wurden wir geursacht, ko. mt., unsren allergenedigsten herrn, damit solcher ubriger gewalt, wie wir bericht, diesem unsren underthan begnet, neben erstattung seines geldes, so der zolner unpillich von in gehomen, hinfurder nit mehe gestatten wurd zu besuchen, auch auf solche mittel und wege zu trachten, dadurch unser underthan wider die pillykeit nit beschwert wurden. Wolten uns aber je zu euch vorsehen, ir werdet bey dem zolner dis einsehen haben, auch vilgeachten unsren underthan dermassen behulflich sein, domit ehr zu dem seinen widerumb kommen und wir desjenigen, wie obangezeigt, vortragen und ubrig sein mogen. Das wollen wir umb euch und die ewern widerumb in solchem und mehrnen vellen gnediglich vorgleichen und erkennen, dann euch allen gnedigen willen zu beweisen sein wir geneigt. Datum Konigspergk ut supra.

In initio epistolae in margine: heuptman in Gросен Polen.

a) *supra lineam.*

b) *sequitur expunctum:* zu hertzen

ELENCHUS EPISTOLARUM

ALBERTUS DUX IN PRUSSIA:

| Nr. | | | Dat. |
|-----|----------------------------|---------------|-----------------|
| 1 | Sigismundo I regi Poloniae | e Regio Monte | 3.XII.1525 |
| 3 | » | » | s.d. [XII] 1525 |
| 8 | » | » | 4.I.1526 |
| 19 | » | » | 5.III.1526 |
| 20 | » | » | 12.III.1526 |
| 22 | » | » | 15.III.1526 |
| 25 | » | » | 16.III.1526 |
| 28 | » | » | 22.III.1526 |
| 29 | » | » | 23.III.1526 |
| 35 | » | » | 31.III.1526 |
| 36 | » | » | 7.IV.1526 |
| 44 | » | » | 10.IV.1526 |
| 48 | » | » | [15].IV.1526 |
| 49 | » | » | 26.IV.1526 |
| 64 | » | » | 14.VI.1526 |
| 67 | » | » | 2.VII.1526 |
| 71 | » | » | 9.VII.1526 |
| 72 | » | » | 9.VII.1526 |
| 73 | » | » | 9.VII.1526 |
| 75 | » | » | 10.VII.1526 |
| 76 | » | » | 27.VII.1526 |
| 77 | » | s.l.s.d. | VII.5126 |
| 78 | » | e Regio Monte | 5.VIII.1526 |
| 82 | » | » | 8.VIII.1526 |
| 88 | » | » | 26.VIII.1526 |
| 92 | » | » | 27.IX.1526 |
| 98 | » | » | 6.XI.1526 |
| 104 | » | » | 4.I.1527 |
| 105 | » | » | 4.I.1527 |
| 106 | » | » | 4.I.1527 |
| 108 | » | » | 4.I.1527 |
| 112 | » | » | 6.I.1527 |
| 114 | » | » | 10.I.1527 |
| 122 | » | » | 31.I.1527 |
| 123 | » | » | 31.I.1527 |
| 126 | » | » | 2.II.1527 |
| 128 | » | » | 7.II.1527 |
| 132 | » | » | 19.III.1527 |
| 133 | » | » | 19.III.1527 |
| 141 | » | » | 25.IV.1527 |

| Nr. | | | Dat. |
|-----|----------------------------|----------------|--------------|
| 143 | Sigismundo I regi Poloniae | e Regio Monte | 2.V.1527 |
| 146 | » | Fischhausen, | 12.VI.1527 |
| 148 | » | » | 12.VI.1527 |
| 154 | » | » | 14.VII.1527 |
| 162 | » | » | 9.VIII.1527 |
| 169 | » | Szczytno, | 29.XI.1527 |
| 173 | » | » | 9.XII.1527 |
| 176 | » | » | 5.I.1528 |
| 184 | » | » | 8.I.1528 |
| 188 | » | e Regio Monte, | 16.III.1528 |
| 191 | » | » | 21.III.1528 |
| 194 | » | » | 28.III.1528 |
| 195 | » | » | 31.III.1528 |
| 198 | » | » | 4.IV.1528 |
| 204 | » | » | 15.IV.1528 |
| 209 | » | » | 31.V.1528 |
| 225 | » | » | 15.VII.1528 |
| 235 | » | » | 15.VIII.1528 |
| 239 | » | Cleipodiae, | 6.IX.1528 |
| 252 | » | e Regio Monte, | 21.XI.1528 |
| 255 | » | » | 26.XI.1528 |
| 236 | Sigismundo Augusto | » | 15.VIII.1528 |
| 237 | » | » | 15.VIII.1528 |

| | | | |
|-----|----------------------------------|----------------|--------------|
| 70 | Annae duci Masoviae | » | 7.VII.1526 |
| 83 | » | » | 10.VIII.1526 |
| 172 | » | Szczytno, | 3.XII.1527 |
| 68 | Balirński Ioanni | e Regio Monte, | 6.VII.1526 |
| 94 | » | » | 28.IX.1526 |
| 175 | » | Szczytno, | 15.XII.1527 |
| 190 | » | e Regio Monte, | 19.III.1528 |
| 193 | » | » | 28.III.1528 |
| 201 | » | » | 7.IV.1528 |
| 212 | » | » | 4.VI.1528 |
| 214 | » | » | 5.VI.1528 |
| 216 | » | » | 16.VI.1528 |
| 218 | » | » | 26.VI.1528 |
| 220 | » | Fischhausen, | 27.VI.1528 |
| 59 | Bażyński Georgio | e Regio Monte, | 28.V.1526 |
| 60 | » | s.l. | 1.VI.1526 |
| 247 | Bohowitynowicz Bogussio Michaeli | e Regio Monte, | 24.X.1528 |
| 253 | Bonae reginae Poloniae | » | 21.XI.1528 |
| 32 | Boner Severino | » | 26.III.1526 |
| 87 | » | » | 16.VIII.1526 |
| 185 | » | Legniciae, | 29.I.1526 |
| 241 | » | e Regio Monte, | 14.IX.1528 |
| 84 | Brzeski Felici | » | 10.VIII.1526 |

| Nr. | | Dat. |
|-----|--|-----------------|
| 116 | Brzeski Felici | Cordin, |
| 167 | " " | Szczytno, |
| 207 | " " | e Regio Monte, |
| 248 | " " | " " |
| 242 | Capitaneo Naklensi | " " |
| 66 | Capitaneo in Kroże | s.l., |
| 150 | Capitaneo Supr. Ducatus Masoviae | Fischhausen, |
| 117 | Carolo V imperatori | e Regio Monte, |
| 230 | Chojeński Ioanni | " " |
| 86 | Consiliariis regiis Elbingae congregatis | " " |
| 12 | Czema Achatio | " " |
| 38 | " " | " " |
| 59 | " " | " " |
| 61 | " " | s.l., |
| 63 | " " | e Regio Monte, |
| 102 | " " | " " |
| 215 | Decio Iosto Ludovico | " " |
| 85 | Drzewicki Matthiae | " " |
| 89 | " " | ex arce Rhein, |
| 140 | " " | e Regio Monte, |
| 158 | " " | Fischhausen, |
| 227 | Działyński Nicolao | e Regio Monte, |
| 58 | « Episcopo in Barithow » | " " |
| 149 | Episcopis et palatinis M.D. Lith. | Fischhausen, |
| 96 | Ferber Mauritio | s.l., |
| 139 | Georgio duci Slucensi | e Regio Monte, |
| 229 | Gasztold Alberto | " " |
| 251 | " " | " " |
| 65 | Górka Andreea, a, | " " |
| 152 | Górka Lucae, a, | Fischhausen, |
| 156 | " " | " " |
| 197 | " " | e Regio Monte, |
| 258 | " " | " " |
| 161 | Hager Georgio | Fischhausen, |
| 245 | Henrico VIII regi Angliae | e Regio Monte, |
| 243 | Hrynkiewicz Bohdano | " " |
| 80 | Ignotis | " " |
| 51 | Ignoto | s.l., |
| 27 | Ignoto ecclesiastae Gedanensi | e Regio Monte, |
| 115 | Ioanni e ducibus Lithuaniae | " " |
| 121 | " " " | s.l., |
| 228 | " " " | e Regio Monte, |
| 250 | " " " | " " |
| 7 | Ioanni (Janusso) duci Masoviae | [e Regio Monte, |
| 97 | Kamp Iacobo | 2.I.1526] |
| 103 | Kiežgajło Stanislao seniori | s.l., |
| 120 | " " " | e Regio Monte, |
| 144 | Kiežgajło Stanislao iuniori | " " |
| 151 | " " " | " " |
| 153 | " " " | Fischhausen, |
| | | " " |

| Nr. | | Dat. |
|-----|--|----------------------------------|
| 157 | Kiežgajło Stanislaw iuniori | Fischhausen |
| 160 | » » » | » 19.VIII.1527 |
| 168 | » » » | Szczytno, 6.VIII.1527 |
| 174 | » » » | » 4.XI.1527 |
| 186 | » » » | e Regio Monte, 9.XII.1527 |
| 187 | » » » | » » 27.II.1527 |
| 199 | » » » | » » 13.III.1528 |
| 202 | » » » | » » 4.IV.1528 |
| 221 | » » » | » » 9.IV.1528 |
| 232 | » » » | » » 13.VII.1528 |
| 238 | » » » | » » 25.VII.1528 |
| 246 | » » » | » » 28.VIII.1528 |
| 143 | Korp Iacobo | » » 30.IX.1528 |
| 171 | Kościelecki Stanislaw | Szczytno, 2.XII.1527 |
| 205 | Kryska (vid. Bartnicka) Catharinae | e Regio Monte, 18.IV.1528 |
| 212 | Kuberski Christino | » » 26.VI.1528 |
| 39 | Łaski Iaroslao | » » 7.IV.1526 |
| 6 | Łaski Ioanni | [» » s.d., XII.1525] |
| 111 | » » | » » 4.I.1527 |
| 125 | » » | » » 31.I.1527 |
| 166 | Lassowski | Szczytno, 23.X.1527 |
| 231 | Meck Georgio | e Regio Monte, 16.VII.1528 |
| 10 | Meydel Spiess Michaeli | » » 10.I.1526 |
| 16 | » » » | » » 8.II.1526 |
| 145 | » » » | Fischhausen, 2.VI.1527 |
| 183 | » » » | Szczytno, 6.I.1528 |
| 185 | » » » | Legniciae, 29.I.1528 |
| 13 | Nibschitz Nicolao | e Regio Monte, 28.I.1526 |
| 118 | » » | » » 15.I.1527 |
| 131 | » » | » » 18.III.1527 |
| 138 | » » | Cleipodiae, 31.III.1527 |
| 164 | » » | s.l., 18.VIII.1527 |
| 165 | » » | Ioannisburgi, 21.VIII.1527 |
| 182 | » » | Szczytno, 5.I.1528 |
| 203 | » » | e Regio Monte, 9.IV.1528 |
| 222 | » » | » » 13.VII.1528 |
| 223 | » » | » » 14.VII.1528 |
| 244 | » » | » » 29.IX.1528 |
| 254 | Ordinibus M. D. Lith. | » » 22.XI.1528 |
| 42 | Praesidibus Gen. Caesarei Iudicii in Mechlin | e Regio Monte, 7.IV.1526 |
| 243 | Raczkiewicz Stanislaw | » » 29.IX.1528 |
| 91 | Radziwiłł Ioanni | » » 26.IX.1526 |
| 9 | Rechembergk Ioanni, a, | » » 4.I.1526 |
| 163 | » » | Fischhausen, 9.VIII.1527 |
| 2 | Salamanca Gabrieli | e Regio Monte 4.XII.1525 |
| 33 | » » | » » 28.III.1526 |
| 34 | Szalkay Vladislao | » » 29.III.1526 |
| 4 | Szydłowiecki Christophoro | [e Regio Monte, s.d., XII.1525] |
| 5 | » » | [» »] s.d., XII.1525 |
| 11 | » » | [» »] 28.I.1526 |

| Nr. | | | Dat. |
|-----|---------------------------|-----------------|--------------|
| 14 | Szydłowiecki Christophoro | [e Regio Monte] | 7.II.1526 |
| 17 | » | e Regio Monte, | 15.II.1526 |
| 21 | » | » | 12.III.1526 |
| 23 | » | » | 16.III.1526 |
| 26 | » | » | 19.III.1526 |
| 30 | » | » | 23.III.1526 |
| 31 | » | » | 23.III.1526 |
| 37 | » | » | 7.IV.1526 |
| 46 | » | » | 12.IV.1526 |
| 50 | » | Marienburgi, | 2.V.1526 |
| 53 | » | e Regio Monte, | 14.V.1526 |
| 54 | » | Dirsoviae, | 26.V.1526 |
| 62 | » | e Regio Monte, | 13.VI.1526 |
| 74 | » | » | 9.VII.1526 |
| 79 | » | » | 5.VIII.1526 |
| 81 | » | » | 6.VIII.1526 |
| 90 | » | Spychowo, | 10.IX.1526 |
| 93 | » | e Regio Monte, | 27.IX.1526 |
| 95 | » | » | 28.IX.1526 |
| 99 | » | » | 6.XI.1526 |
| 100 | » | » | 8.XI.1526 |
| 109 | » | » | 4.I.1527 |
| 113 | » | » | 6.I.1527 |
| 119 | » | » | 16.I.1527 |
| 127 | » | » | 2.II.1527 |
| 129 | » | » | 7.II.1527 |
| 130 | » | s.l., | 28.II.1527 |
| 134 | » | e Regio Monte, | 19.III.1527 |
| 155 | » | Fischhausen, | 14.VII.1527 |
| 170 | » | Szczytno, | 29.XI.1527 |
| 177 | » | » | 5.I.1528 |
| 189 | » | e Regio Monte | 18.III.1528 |
| 196 | » | » | 2.IV.1528 |
| 200 | » | » | 7.IV.1528 |
| 206 | » | » | 21.IV.1528 |
| 208 | » | » | 5.V.1528 |
| 210 | » | » | 4.VI.1528 |
| 211 | » | » | 4.VI.1528 |
| 213 | » | » | 4.VI.1528 |
| 217 | » | » | 25.VI.1528 |
| 226 | » | » | 15.VII.1528 |
| 234 | » | » | 14.VIII.1528 |
| 240 | » | » | 12.IX.1528 |
| 256 | » | » | 4.XII.1528 |
| 179 | Szydłowiecki Nicolao | Szczytno, | 5.I.1528 |
| 47 | Targewitz Georgio | e Regio Monte, | 13.IV.1526 |
| 110 | Tęczyński Andreae | » | 4.I.1526 |
| 181 | » | Szczytno, | 5.I.1528 |
| 45 | Tomicki Petro | e Regio Monte, | 10.IV.1526 |
| 57 | » | » | 27.V.1526 |
| 107 | » | » | 4.I.1527 |

| Nr. | | Dat. |
|-----|--------------------|----------------------------|
| 124 | Tomicki Petro | e Regio Monte 31.I.1527 |
| 135 | » » | » » 19.III.1527 |
| 142 | » » | » » 25.IV.1527 |
| 147 | » » | Fischhausen, 12.VI.1527 |
| 178 | » " | Szczytno, 5.I.1528 |
| 52 | Universis | Gedani, 7.V.1526 |
| 55 | " | » 26.V.1526 |
| 56 | " | ["] 26.V.1526] |
| 69 | " | e Regio Monte, 7.VII.1526 |
| 137 | " | » » 23.III.1527 |
| 15 | Wieczwiński Ioanni | [e Regio Monte], 7.II.1526 |
| 24 | » " | e Regio Monte, 16.III.1526 |
| 40 | " " | » » 7.IV.1526 |
| 41 | " " | » » 7.IV.1526 |
| 101 | " " | » » 26.XI.1526 |
| 233 | " " | Quidzini, 3.VIII.1528 |
| 43 | Zambocki Ioanni | e Regio Monte, 8.IV.1526 |
| 131 | " " | » » 18.III.1527 |
| 136 | " " | » » 19.III.1527 |
| 180 | " " | Cleipodiae, 31.III.1527 |
| 192 | " " | Szczytno, 5.I.1528 |
| 222 | " " | e Regio Monte, 26.III.1528 |
| 223 | " " | » » 13.VII.1528 |
| 224 | " " | » » 14.VII.1528 |
| | | » » 14.VII.1528 |

DOROTHEA DUX IN PRUSSIA:

| | | |
|-----|----------------------------|---------------------------|
| 73 | Sigismundo I regi Poloniae | e Regio Monte, 9.VII.1526 |
| 249 | Bonae reginae Poloniae | » » 21.XI.1528 |
| 257 | Szydłowiecki Christophoro | » » 4.XII.1528 |
| 159 | Drzewicki Matthiae | Fischhausen, 25.VII.1527 |

OFFICIALIS CANCELLARIAE DUCIS ALBERTI:

| | | |
|----|----------------------------|---------------------------|
| 18 | Sigismundo I regi Poloniae | e Monte Regio, 18.II.1526 |
|----|----------------------------|---------------------------|

Ad epistolas NN. 19, 20, 62, 93, 182, 184, 213, 256 adiunctae sunt schedulae vel annexa.

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

Hoc in Indice nulla ratio habita est nominum propriorum in Introductione occurrentium. Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.

A

- ABRAHAM, Iudeus Pragensis, 26.
- ALBERTUS dux in Prussia, *passim*.
- ALBERTUS VI dux Megapolensis, 111.
- ALEMANUS *v.* Germania.
- ALEXWANG Ioannes, subditus ducis Alberti, 110, 130.
- ALSTE Ambrosius, *de*, 46.
- ALTHAUS (Altehaus) Martinus, presbyter Gedanensis, 58.
- ANGERMUNGE Rainaldus, civis Gedanensis, 110, 130.
- ANGLIA, 165.
- ANNA dux Masoviae, 53, 61, 82-3, 114.
- ANNA dux Thessinensis, soror ducis Alberti, 170.
- ANNA SOPHIA, filia ducis Alberti, 106, 157.
- ANTIQUA CIVITAS Regii Montis (Königsberg Altenstat, Altenstath), 47, 103, 115.
- ARGENTINENSIS (Strassburgensis), 162.
- AUGUSTA (Augsburg), 26.
- AUSCHWITZ Valentinus, colonus ex Tiergarten (Zwierzno), 142.
- AUSTRIA (Österreich, Ostereich), 4-6, 50-1, 71, 73, 88-9.

B

- BABLER Stephanus, civis Norimbergensis, 16.
- BALIŃSKI (Balinszky, Balintzky, Balynnssky, Balynszky, Balyunszky) Ioannes, cast. Gedanensis, thesaurarius terrarum Prussiae, 52, 73-4, 115, 122-3, 129, 134, 139, 141-5, 172.
- BANER *v.* Boner.

- BARBARA, vidua, 57.
- BARBARAE Sanctae ecclesia Gedanensis, 55, 58.
- BARITHOW (?), episcopus in, 46.
- BARNIM IX dux Pomeraniae, 35, 38, 71, 86.
- BARTHOLOMAEI Sancti ecclesia Gedanensis, 55, 58.
- BARTNICKA *v.* Kryska.
- BASEN *v.* Bażyński.
- BASILIUS III Ioannides, m. dux Moscoviae, 72-3, 86.
- BAVARIA, 71.
- BAYSEN *v.* Bażyński.
- Bażyński (de Basen, von Baysen) Georgius, pal. Marienburgensis, 20, 47.
- BEATAE VIRGINIS MONS (Clarus Mons Czenstochoviensis?), 172.
- BELNWYTZKY (?) Ioannes, Samogita, 129.
- BENEDICTUS, praedicator verbi, 44-5.
- BESENRADE Ioannes, consil. ducis Alberti, 129.
- BIELEWICZ Stanko (Stenko Welowitz), nob. Samogita, 104.
- BLANKENFELD Ioannes, archiep. Rigaensis, 22-3.
- BLETTENBERG *v.* Plettenberg.
- BOHEMIA (Boemia), 32, 71, 88, 99, 101, 128, 137, 157, 165.
- BOHOWITYNOWICZ Bogussius (Bohusz), thesaurarius M.D. Lithuaniae, 166.
- BOMSTZY (?) Ioannes, Ducatus Thessinensis tutor, 171.
- BONA regina Poloniae, 128-9, 150, 166, 168-9.
- BONER (Baner, Paner) Severinus, burgrabiis, zupparius et procurator magnus Crac., 31, 62, 117, 122-3, 125, 152, 162.
- BORUSSIA, *passim*.

- BRANDENBURGUM (Brandenburg, Brandenburgk), Brandenburgensis, 3-6, 20-1, 27, 33-6, 38, 40, 54, 71, 78, 82-5, 89, 95, 118, 122, 125, 135, 138, 146, 150-1.
 BRANIEWO *v.* Braunsberga.
 BRATIAN *v.* Wieczwiński.
 BRAUNSBERGA (Braunsberg, Braunsberg, Braniewo), Braunsbergensis (Braunsbergensis, Brunspergen-sis), opp. in Varmia, 56, 75, 81-2.
 BRAUNSCHWEIG, Braunsicensis *v.* Brunsvicum.
 BREMA (Bremen), 26.
 BRODNICA *v.* Strassburg.
 BRUCKEMANN Elisabeth, vidua Valentini Bruckemann, 53.
 BRUCKEMANN Valentinus, civis Elbingensis, ducis Alberti bombardarum magister, 53.
 BRUNSPERGENSIS *v.* Braunsberga.
 BRUNSVICUM (Braunschweig), Brunsvicensis (Braunsicensis), 93, 111, 162.
 BRZESKI Felix, pal. Masoviae, cap. Ciechanoviensis, 61, 87, 113, 136, 166.
 BUCHNER Ioannes, scriba ducis Alberti, 52.
 BYLL Andreas, consil. regis Daniae, 52.
- C
- CAETANUS de Vio, Thomas, card., legatus a latere, 9, 10.
 CAMPEGGIO Laurentius, card., legatus a latere, 9, 10.
 CARNISIN *v.* Wieczwiński.
 CAROLUS V imperator, 5, 6, 32, 37, 50, 71-3, 79, 86-7, 89, 157, 162.
 CAROLUS dux Munsterbergensis (Ziembicensis), 26, 43.
 CASIMIRUS marchio Brandenburgen-sis, 55, 81, 24-5, 125, 135.
 CASIMIRUS dux Thessinensis, 170.
 CASSELLA (Cassell, Kassel), opp. in Hassia, 161.
 CAUNA (Cawenn), Caunensis (Ca-wensis), opp. in Lithuania, 98, 146, 148, 155, 170.
 CHLEWKI (Kleffki), pagus in Maso-via, 113.
 CHOJEŃSKI (Coynszky) Ioannes, ar-chidiaconus Crac., secr. regius, 155, 164.
- CHRISTBURG (Cristburg, Cristberg, Dziergoń), Christburgensis (Cri-stburgisch), opp. in Prussia Regali, 36.
 CHRISTIANA Respublica, Christianus Orbis, Christianismus, 23, 62, 69-72, 79, 88-9.
 CHRISTIANUS (Cristiernus) rex Da-niae exul, 86, 140.
 CHRISTOPHORUS (Cristoff) quidam, 36.
 CIECHANÓW (Tzechenaw, Tzechnaw), Ciechanoviensis, opp. in Masovia, 61, 113, 166.
 CLARUS MONS *v.* Beatae Virginis Mons.
 CLEIN RADENN *v.* Klein Raden.
 CLEIPODIA (Memel, Mymmel), Clei-podiensis (Cloypieciensis, Memel-lensis), 46, 102, 124-6, 134, 156, 161, 166.
 CLEMENS VII papa, 9, 10, 50, 72-3, 86.
 CLINGENBECK, CLINGBECK *v.* Kling-enbeck.
 CNIPAVIA (Kneiphof, Kneiphove), Cnipaviensis (Cneiphoviensis), 60, 115.
 CORDIN, villa in Prussia Ducali, 87.
 COSOLCLISZKY, Coszolestzky *v.* Ko-scielecki.
 COYA *v.* Cuiavia.
 COYNSZKY *v.* Chojeński.
 CRACOVIA (Cracau, Crakaw, Crocaw, Krokaw), Cracoviensis, 10, 16-7, 19, 31-3, 40, 46-7, 58, 62, 76-7, 82, 84, 89, 94-5, 98, 100-1, 103-4, 106, 108, 117, 119-21, 123, 129, 139, 155, 162-3, 171.
 CRAISCHEN *v.* Kroże.
 CRASOFFSKY *v.* Krasowski.
 CREUCZ *v.* Kreutz.
 CRISKA *v.* Kryska.
 CRISPINUS quidam, 60.
 CRISTBURG, CRISTBERG, CRISTBURGISCH *v.* Christburg.
 CRISTIERNUS *v.* Christianus.
 CRISTOFF *v.* Christophorus.
 CRITIUS *v.* Krzycki.
 CROCAW *v.* Cracovia.
 CROSSEN *v.* Krosno.
 CRUCIFERI *v.* Theutonicorum Ordo.
 CRUGER *v.* Kruger.
 CRZIWONOSKY *v.* Krzywonoski.
 CUBERSKY *v.* Kuberski.
 CUIAVIA (die Coya), Cuiaviensis, 44-5, 61, 103, 109, 112.
 CULMENSIS, 161.
 CYRSKY (Czernensis) *v.* Prażmowski.

CZAGER (?), villa prope Braunsbergam, 56.
CZEMA (Czeme, Zemen, Zceme, Zcemen, Tzema) Achatius, cap. Sluchoviensis, 17, 20, 35-6, 47-51, 81, 170-1.
·CZINCK v. Zinck.

D

DACIA v. Dania.
DALONOFSKY (?) Petrus, Masovita, 53.
DAMMERAU (Damerau) Euphemia, filia Ioannis a Dammerau, 161.
DAMMERAU (Dammeraw, Damerau) Ioannes, pal. Culmensis, 53, 161.
DANABORSKI (a Danabortz, de Nadbórz) Christophorus, iuvenis, cap. Naklensis, 114, 137-8, 152-3, 163.
DANCZKE v. Gedanum.
DANIA (Dacia, Datia, Dennemargk), Dani (Daci), Danicus (Dennemargkisch), 25, 30-2, 34-5, 50-2, 55, 71, 77, 86-7, 111, 140-1, 152.
DANIEL Sigismundus, subditus ducis Alberti, 113.
DANTISCUM, DANTZIG, DANZIG, DANN-CZIG, DANTZK, DANTISCANUS v. Gedanum.
DATIA v. Dania.
DECIUS Iostus Ludovicus, monetae regiae praef., secr. regius, 142.
DEMLER Martinus, civis Braunsbergensis, 82.
DENNEMARGK, DENNEMARGKISCH v. Dania.
DERPTENSES, 22.
DEUTSCHLAND, DEUTSCHELANDT v. Germania.
DIRREPACH v. Durbach.
DIRSOVIA (Dirschau, Tyrsaw, Tczew), opp. in Prussia Regali, 44-5, 142.
DOBRENSIS, 60.
DOBROITZ (Dobberitz) Henricus (Heino), exercitus dux, 13-4.
DOROTHEA princeps Danica, dux in Prussia, 25, 30-2, 52, 54, 56-8, 67-8, 109, 129, 131, 141, 157, 166-7.
DRAUSEN (Drawsen, Druzno), lacus in Insula Maiore (Żuławy Wiślane), 142.
DRZEWICKI Matthias, ep. Cuiavensis (Vladislaviensis), 45, 61, 66, 103, 109, 112-3.

DURBACH (Durpach, Dirrepach) Georgius, faber tignarius Alberti Gasztołd, 154, 156.
DZIAŁYŃSKI (Dzialinszky) Nicolaus, succamerarius Dobrinensis, 60, 152-3.
DZIERZGOŃ v. Christburg.

E

ELBINGA (Elbingum, Elbing, Elblag, Melbing), Elbingensis, opp. in Prussia Regali, 31, 47, 53, 56, 59-61, 124-7, 129, 144.
ELISABETH (Elizabeth), filia Ioannis I regis Daniae, uxor Ioachimi I electoris Brandenburgensis, 140, 150-1.
ERASMUS Rotterodamensis (Rotterdamus), 18-9, 26.
ERICUS dux Brunsvicensis, 93.
EYFFFLANDT v. Livonia.
EYNSIDEL v. Wolffkringer.
EYSENBURG, pagus in Varmia, 75.

F

FEIERABENDT (Feyerabendt) Ioannes, 166.
FERBER Mauritius, ep. Varmiensis, 75-6.
FERDINANDUS I archidux Austriae, rex Bohemiae et Hungariae, 46, 32, 71, 73, 88, 99-101, 128, 130, 134, 137, 150-1, 157, 161-2, 165.
FEYERABENDT v. Feierabendt.
FISCHER (Visscher, Vyscher) Fridericus, iuris doctor, canc. ducus Alberti, 47, 62, 147-8.
FISCHGRADIENS v. Wyszogradiensis.
FISCHHAUSEN (Vieschausen, Viesschawssen, Vischausen, opp. in Sambia, 104-11, 145.
FITTEL (Fyttel) Ioachimus, mercator, 130, 140-1.
FRANCISCUS I rex Galliae, 50.
FRIDERICUS (Frederichus) III imperator, 5.
FRIDERICUS I rex Daniae, 25-6, 30-2, 34-5, 52, 55, 71, 73, 77, 86-7.
FRIDERICUS II dux Legnicensis, 43, 78, 105, 117-22.
FRISIA, 136.
FROBEL Ioannes, praedicator Marienburgensis, 58.

FUGGER (Fucker, Fuccari), mercatores et argentarii Augustani, 18-9, 26.

FYTTEL *v.* Fittel.

G

GALLIA, Galli, 37, 49, 50, 71.

GASZTOŁD (Gastoldt) Albertus, pal. Vilnensis, canc. M.D. Lithuaniae, 154, 156, 168.

GEDANUM (Gdanum, Dantiscum, Dantzig, Danzig, Dannzig, Danczke, Dantzka, Tannczick), Gedanensis (Gdanensis, Dantiscanus, Dantzker), 20, 27-8, 35-6, 43-8, 50-1, 55-8, 73, 91-4, 97-8, 105, 110, 115, 118, 122, 127, 129-30, 132, 134, 139, 141, 143-5, 150, 155, 164, 173.

GEIGER (vel Geier) Ioannes, armifactor ducis Alberti, 102, 114.

GEORGENBURGENSIS (Jorgenburgisch), 81, 115.

GEORGIUS marchio Brandenburgen sis, 55, 84-5, 118, 122, 125, 135, 137, 150-2.

GEORGIUS I dux Pomeraniae, 35, 38.

GEORGIUS dux Saxoniae, 71, 73, 161-2.

GEORGIUS dux Slucensis (Slutzki), 10, 102.

GERMANIA (Deutschland, Deutschland), Germani, Germanicus (Alemmanus, Theutonicus, Teutonicus, Teutsch), 4-6, 16, 22-3, 33, 50, 56, 71-3, 87-8, 93-6, 101, 109, 111, 117, 119-20, 123, 140, 143-4, 150-2, 154, 161, 165, 172-3.

GERMANIA Inferior, 33.

GERMANICE scriptum documentum, 17-8, 31, 41, 47, 52, 61-2, 81, 87, 91, 98, 102, 109-10, 113-5, 123, 125-6, 130, 134-5, 142, 156, 160-1, 164, 166.

GLAUBITZ Ioannes, aulicus regis Poloniae, 133.

GLOCKENMANN, iuvenis, 160.

GLOGOVIENSIS, 43.

GNESNENSIS (Gneznensis, Gnezen sis, Gnizensis), 9, 10, 83, 95-6, 128.

GÓRKA Andreas, a, castellanides Pos naniensis, 52, 139.

GÓRKA Lucas, a, cast. Posnaniensis, Maioris Poloniae cap. gen., 107, 109, 131, 172-3.

GOTTI (Gotthi), in titulo regis Daniae, 30, 32, 86.

GOTZ Bartholomaeus, proconsul Regiomontanus, 115.

GRABOWSKI *v.* Klauski.

GRANDER Andreas, civis Augustanus, 26.

GRATIANUS, iure consultus, 66.

GRAUDENTIUM (Grudziądz), opp. in Prussia Regali, 83.

GREGORIUS IX papa, 66.

GROBOFSKI *v.* Klauski.

GROSSPOLEN *v.* Polonia Maior.

GRUDZIĄDZ *v.* Graudentium.

GRUNAW Caspar, sutor Varsavien sis, 137.

GUCKERNESS, GUCKERNESZ *v.* Kucker neese.

GULIELMUS IV dux Bavariae, 71, 73.

GULIELMUS (Guilhelmus, Wilhel mus) marchio Brandenburgensis, 27-8, 34, 40, 77-8, 82-3, 95-6, 98-101, 105-6, 146, 162.

GULIELMUS dux Brunsvicensis, 111.

GURD Iacobus, captivus, 83.

GUSTAVUS (Wasa) rex Sueciae, 71, 73.

H

HAGER Georgius, fidicen regius, 110.

HALBER Ludovicus (vel Holber Iudocus), 61.

HALDECK Melchior, de, cap. Ragnensis, 107.

HASSIA (Hessia, Hessen), 140, 143, 150-1, 161-2.

HAVEL Paulus, 57.

HAYDECK *v.* Heydeck.

HEILIGENBEIL (Heiligenbeyell, Siekierka), opp. in Prussia Ducali, 137.

HEILSBERGA, (Heylsberg, Helsperg, Lidzbark Warmiński), opp. in Varmia, 75-6.

HELVETII, 50.

HENNEBERG Ernestus, comes ab, 138.

HENRICUS VIII rex Angliae, 165.

HENRICUS dux Brunsvicensis, 162.

HENRICUS quidam, captivus, 83.

HERING, nob. Masovita, 113.

HERMAŃSKI, nobiles in Masovia, 166.

HERMENSGORFF (Hermsdorff) Martinus, civis Regiomontanus, 27, 33-4, 38.

HESSIA *v.* Hassia.

HEYDECK (Haydeck) Fridericus, ab, 75, 87.

HEYDECK (Haydeck) Volkangus, ab, cap. Cleipodiensis, 45-6.

HEYLSBERG *v.* Heilsberg.

- HOLLANDIA, 34.
 HOLLANDT (Preussisch Holland, Pa-
 sięek), Hollandiensis, opp. in Prus-
 sia Ducali, 59, 60, 141-2.
 HOLSATIA (Holstein), Holstainensis,
 30, 32, 140.
 HRAYHRODENSIS *v.* Rajgrodensis.
 HRYNKIEWICZ Bohdanus, 164.
 HUNGARIA (Ungaria), Hungari, Hun-
 garicus (Hungaricalis), 5, 6, 18,
 32, 44, 50, 69-74, 79, 84, 117, 128,
 130-1, 134, 136, 157, 165.

I

- IANUSSIUS *v.* Ioannes dux Masoviae.
 INNOCENTIUS III papa, 64.
 INSULA MAIOR (Żuławy Wiślane), 141.
 INSULA MARIANA *v.* Quidzinum.
 IOACHIMUS I marchio Brandenbur-
 gensis, elector, 3, 20-1, 39, 71, 111,
 140, 150.
 IOANNES I rex Daniae, 77, 141, 152.
 IOANNES (Zápolya) rex Hungariae,
 128, 130, 134, 150-1, 171.
 IOANNES III (Januarius) dux Maso-
 viae, 11, 37, 102, 114.
 IOANNES dux Saxoniae, elector, 71,
 73, 140, 143-4, 151-2, 161-2.
 IOANNES de Cracovia, praedicator
 Marienburgensis, 58.
 IOANNES e ducibus Lithuaniae, ep.
 Vilnensis, 87, 91, 153, 167.
 IPSEN Albertus, consil, regis Da-
 niae, 52.
 ITALIA, Italicus, 37, 71, 136, 162.
 IUDAEI (Juden), 26, 59, 107-8.

J

- JAHN Nicolaus, subditus ducis Al-
 bertii, 125, 160.
 JOACHIMSTAL (Joachimstall), 163.
 JOHANNISBURGUM (Johannispurg), arx
 et opp. in Prussia Ducali, 112-3.
 JORGEBURGISCH *v.* Georgenburgen-
 sis.
 JUDEN *v.* Iudei.

K

- KAMP Iacobus, civis Toruniensis,
 76.
 KARNISZYN *v.* Wieczwiński.
 KASSEL *v.* Cassella.

- KIEŽGAŁO Stanislaus Janowicz, cast.
 Vilnensis, cap. generalis Samogitiae, 52, 81, 91, 94-5.
 KIEŽGAŁO Stanislaus Stanisławowicz
 (Stanislownitz), cast. Trocensis,
 cap. generalis Samogitiae, 104,
 107-10, 113, 115, 125-6, 133-4, 145,
 156, 160, 166.
 KIOVIENSIS (Kyoviensis), 166-9.
 KLAUSKI alias Grabowski (Klausky
 alias Grobofsky), 97.
 KLEE Theodoricus, de, Ordinis Theu-
 tonicorum magister, 87, 89, 93-6,
 101.
 KLEFFKI *v.* Chlewki.
 KLEIN RADEN (Clein Radenn) Ioan-
 nes, a, subditus ducis Alberti, 156.
 KLINGENBECK (Clingenbeck, Cling-
 beck) Georgius, cap. Cleipodiensis
 (Memelensis), consil. et orator
 ducis Alberti, 17-8, 22-3, 25, 31,
 34, 48-9.
 KLOPIECIENSIS *v.* Cleipodiensis.
 KNEIPHOF, KNEIPHOVE *v.* Cnipavia.
 KOLMANN Christianus, 141.
 KÖNIGSBERG, KÖNIGSBERGK, KÖNIGS-
 BERG, KÖNIGSBERGIUM etc. *v.* Re-
 gius Mons.
 KONISPERG ALTENSTAT *v.* Antiqua Ci-
 vitas Regii Montis.
 KONNERITZ Henricus, a, cap. in Joa-
 chimstal, 163.
 KORP Iacobus, civis Posnaniensis,
 104, 107-8.
 KOŚCIELECKI (Coszolestzky, Cosolcli-
 szky) Stanislaus, pal. Posnaniensis,
 cap. Marienburgensis, 114,
 139.
 KRAKAW *v.* Cracovia.
 KRASOWSKI (Crasoffsky) Paulus, secr.
 regius, 130.
 KRASZEWO *v.* Proppendorff.
 KREUTZ (Creucz) Melchior, consil.
 ducis Alberti, 47.
 KROKAW *v.* Cracovia.
 KROSNO (Crossen), opp. in Silesia,
 135.
 KROŻE (Craischen), opp. in Samogi-
 tia, 52.
 KRUGER (Cruger) Stanislaus, in Dem-
 naw, servitor Melchioris Kreutz, 47.
 KRYSKA (Criska) Catharina, vidua
 Bartnicka, heres in Narzym, 135-6.
 KRZYCKI (Critius) Andreas, ep. Pre-
 misliensis, 10.
 KRZYWONOSKI (Crziwonosky) Nico-
 laus, nob. Masovita, 11-2.

- KUBERSKI (Cubersky) Christinus, cap. in Wąsosz, (Wagenschoss), 67-8, 145.
- KUCKERNEESE (Guckerness, Gucker-nesz), statio telonearia in Prus-sia Ducali, 96, 98-100, 140-1, 147-9, 153, 155, 158.
- KUNHEIM Georgius, a, cap. Tapien-sis, consil et orator ducis Alberti, 115, 147-8.
- KYVIENSIS *v. Kioviensis.*

L

- LABIA (Labiau), arx in Prussia Du-cali, 168.
- LACHOWSKI Iacobus, nob. Masovita, 136.
- LANGE Matthias, civis Gedanensis, 27.
- ŁASKI, nobiles in Masovia, 166.
- ŁASKI (a Lasko) Hieronymus (Ja-roslaus), pal. Siradiensis, 10, 37, 54, 150-1.
- ŁASKI Ioannes, archiep. Gnesnen-sis, 9, 83, 95, 128.
- ŁASSOWSKI (Lassoffski) quidam, 113.
- LATINITAS, Latinus (Lateynisch, La-tinisch, Latine scriptum), 26-8, 31, 33, 38-9, 41-3, 45-7, 52-3, 57, 60-1, 67-8, 82-3, 91, 94-8, 102-4, 106, 108-10, 113-5, 120-1, 129-30, 133, 136-7, 139, 144-5, 166, 169-70, 171.
- LAURENTIUS de Varsavia, Masovita, 11-3.
- LEFSKI (Lewicki?), nob. Masowita, 113.
- LEGNICA (Lieggnitz, Lignitz), Legni-censis (Lignicensis, Ligniczensis), opp. et Ducatus in Silesia, 43, 78, 105, 117-23, 125.
- LEISTGEWANG Ioannes, civis Regio-montanus, 115.
- LEO, praefectus in Wysokidwór (Wysokydwor), 102.
- LEYPTZIG, Leypzig *v. Lipsia.*
- LIDZBARK WARMIŃSKI *v. Heilsberga.*
- LIEGNITZ, LIGNICENSIS, LI-GNICZENSIS *v. Legnica.*
- LIPSIA (Leyptzig, Leypzigk), 19, 20.
- LITHUANIA (Lituania), Lithuanus, 87, 91, 103, 106-7, 128, 149-50, 153-4, 159-60, 166-9.
- LIVONIA (Eyfflandt), Livones, Livo-niensis, Livonicus, 13-4, 16-7, 22-6, 36-7, 39, 42, 44-5, 51, 71, 86, 93-4, 137-8.

- LÖBAU, LÖBE *v. Lubawa.*
- LOCHERER Martinus, civis Regiomon-tanus, 115.
- LOMSENSIS, 164.
- LOSSEN (Losyem) Ioannes, nob., 171.
- ŁOSKI Ioannes, cast. Visnensis (Wi-sky), 61.
- LOYDEN Alexander (Sander), 82, 85.
- LUBAWA (Löbau, Löbe), opp. in Prussia Regali, 41.
- LUDICKE (Ludick) Georgius, civis Re-giomontanus, 104, 145-6, 170.
- LUDOVICUS X dux Bavariae, 71, 73.
- LUDOVICUS II rex Hungariae, 5-7, 32, 69, 70, 73.
- LUSATII, 71.
- LUTHERANISMUS, 140.
- LUTHERUS Martinus, 26, 38.
- ŁUŻNIA (Lusznya) Paulus, incola op-pidi Neumark, 43.
- LYCENSIS, 164.
- LYNDENER Iacobus, colonus ex Tier-garten (Zwierzno), 142.

M

- MAESS *v. Mass.*
- MALBORK *v. Marienburgum.*
- MALINA (Malines, Mecheln, Mech-lin), opp. in Belgio, 38.
- MANIKUS, Samogita, 52.
- MARCHIA (die Margk), 111, 171.
- MARIA Austriaca, regina Hungariae, 32, 69, 73.
- MARIENBURGUM (Marienburgium, Ma-rienburg, Malbork), Marienbur-gensis, opp. et arx in Prussia Re-gali, 24, 34-5, 42, 47, 52, 56, 58, 84, 112, 118, 122, 127, 145, 172.
- MARIENWERDER, MARIENWERDENSIS *v. Quidzinum.*
- MARTINUS, concionator Gedanensis, *v. Meysner.*
- MASOVIA (Mazovia, die Masaw), Ma-sovitae (Mazovitae), Masoviticus (Masauisch), 11-3, 27, 36-7, 40-1, 53, 61, 67, 82-3, 85, 87, 102, 106, 113-4, 117, 122, 136-7, 146, 166, 171.
- Mass (Maess) Andreas, civis Regio-montanus, 47, 98.
- MATTHY Stephanus, civis Braunsber-gensis, 82.
- MAXIMILIANUS I imperator, 5, 89.
- MAYDEL, MAYDL *v. Meydel.*
- MAZOVIA *v. Masovia.*
- MECHELN, MECHLIN *v. Malina.*

- MECK Gregorius, civis et consul Vil-nensis, 156.
 MECKELBURG *v.* Megapolis.
 MEDIOLANENSES, 50.
 MEGAPOLIS (Mecklenburg, Meckel-burg), 111.
 MEIDEL *v.* Meydel.
 MELBING *v.* Elbinga.
 MEMELENSIS *v.* Cleipodia.
 MEYDEL (Maydel, Maydl, Meidel), vocatus etiam Spiess, Michael, ci-vis Cracoviensis, 16, 19, 20, 33, 98, 104-5, 117, 122-3, 125, 152, 163.
 MEYSNER (Mysner) Martinus, pleba-nus et concionator apud Sanctum Bartholomaeum Gedani, 43, 55, 58.
 MIDDELBURG *v.* Mittelburgium.
 MILISCH (Miltisch) Paulus, secr. du-cis Alberti, 81, 115, 166.
 MILITZ, a, nob., agnatus Henrici a Miltitz, 57.
 MILITZ Henricus, a, magister cu-riae ducis Alberti, 57.
 MINKWITZ (Ninquitz) Nicolaus, a, exercitus dux, 171-2.
 MITTELBURGIUM (Middelburg), opp. in insula Walcheren (Selandia), 38.
 MOLITOR *v.* Müller.
 MONS REGIUS *v.* Regius Mons.
 MORAVI, 71.
 MOSCOVIA, Moscovitae, 72, 86-7.
 MROKOWSKI (Mrokowsky) Nicolaus, nob. Masovita, 11-2.
 MÜLLER (Muller, Molitor) Iacobus, plebanus et concionator apud Sanctam Barbaram Gedani, 43, 55, 58.
 MUNSTERBERGENSIS (Ziembicensis), 26.
 MYMMEL *v.* Cleipodia.
 MYSNER *v.* Meysner.

N

- NACKELL, NACKLENSIS, NACLENSIS *v.* Nakło.
 NADBORZ *v.* Danaborski.
 NAKŁO (Nackell), Naklensis (Nack-lensis, Nacensis), opp. in distric-tu Bydgostiensi, 114, 137-8, 151, 163-4.
 NARBAS Ioannes, Samogita, 91.
 NARBAS Petrus, filius Ioannis, 91.
 NARCISSUS (Narciscus), piscator, 26, 34.

- NARVA (Nerba), opp. in Estonia ad fluvium Narva situm, 86.
 NARZYM (Trazyn), pagus prope Sol-daviam (Dzialdoviam), 135-6.
 NEBELSCHITZ Urbanus, 15.
 NEMISCHTZ, NEMISCUS *v.* Nimptsch.
 NEPTITZ, NEPTITIUS *v.* Nibschitz.
 NERBA *v.* Narva.
 NEUHAUSEN, arx et opp. in Sambia, 91, 110.
 NEUMARK (Neuenmarkt, Nowe Miasto), opp. in districtu Lubavien-si, 41, 43.
 NIBSCHITZ (Niptitzsch, Niptisch, Neptitius, Neptitz, Nyptitzsch, Nyptisch) Nicolaus, secr. regius, «agens» ducis Alberti in aula regis Poloniae, 18, 36, 62, 89, 91, 98, 101-2, 111-3, 117, 119-21, 123, 135, 146-8, 164.
 NICKOLASKY *v.* Nikołajska.
 NICOLAUS (Nickel), nepos Ioannis Rechenberg, 110.
 NIEMITSCH, NIEMSCH *v.* Nimptsch.
 NIKOŁAJSKA (Nickolasky) Elisabeth, 166.
 NIMPTSCH (Nemiscus, Nemischtz, Niemitsch, Niemsch) Ioannes, ci-vis Gedanensis, 91-2, 108, 132, 158.
 NINQUITZ *v.* Minkwitz.
 NIPTISCH, NIPTITZSCH *v.* Nibschitz.
 NOBITH (?), pagus, 142.
 NORBY Severinus, classis Danicae praefectus, 86.
 NORIMBERGA (Nürnberg, Nurennberg, Nurmbergk, Nuremberga), No-rimbergensis, 16, 117, 122-3, 125, 162-3.
 NORVEGIA, 30.
 NOWE MIASTO *v.* Neumark.
 NUREMBERGA, NÜRNBERG, NURENNBERG, NURMBERGK *v.* Norimberga.
 NUTZEL Caspar, civis et mercator Norimbergensis, 123, 125, 163.
 NYPTISCH, NYPTITZSCH *v.* Nibschitz.

O

- OPOLIENSIS (Opolensis) Ducatus, 137.
 ORTELSBURGUM (Ortelsburgium, Or-teburg, Ortelspurgk, Szczytno), Ortelburgensis, opp. in Prussia Ducali, 113-5, 117-21, 123-4, 129.
 ORTENBURG *v.* Salamanca.
 ÖSTERREICH, OSTEREICH *v.* Austria.

P

PACK (Pock) Otto, a, doctor, consil. Georgii ducis Saxoniae, 161-2.
PANER *v.* Boner.
PASŁEK *v.* Hollandt.
PAULOZINSKI *v.* Pawłoczyński.
PAULUS, archidiaconus Varsavensis, 61.
PAWŁOCZYŃSKI (Paulozinsski) fratres, nobiles Masovitae, 87.
PETRICOVIA (Petercovia, Peterkovicia, Petrcovia, Petracovia, Piotrków), 7, 76-7, 124.
PFLUG (Pflock) Erasmus, mercator Vratislaviensis, postea transfuga Posnaniam et servitor comitum a Górką, 131.
PHILIPPUS landgravius Hassiae, 140-1, 143-4, 151,2, 162.
PHILIPPUS comes palatinus Rheni, 162.
PIOTRKÓW *v.* Petricovia.
PLATO Dominicus, consul Regiomontanus, 115.
PLETTENBERG (Bleettennberg) Valterus, a, magister Ordinis Theutonicorum in Livonia, 16, 22-3, 37, 42, 71, 73, 86, 94.
PLOCENSIS, 18, 37-8, 78.
POBISCH Wolfgangus, consil. regis Daniae, 52.
POCK *v.* Pack.
PODOLIA, 45, 170, 172.
POJURIENSIS (Poyurieviensis), 124.
POLENTZ (Polenz) Georgius, ep. Samiensis, 12-3, 39, 40.
POLONIA, POLONI, POLEN, *passim*.
POLONIA MAIOR (Grosspolen), 173.
POMERANIA (Pomeranium, Pommern, Pomern), 34-6, 38, 71, 86, 135.
POMESANIA (Pomezania), Pomesaniensis (Pomezaniensis), 21, 25, 30-1, 41, 96-101, 136.
POPIELSKI (Populsky) Albertus, vicecanc. Ducatus Masoviae, 61.
POPEN (Spychowo), bona in Prussia Ducali, 67-8.
POSNANIA (Posnanius, Posna, Posonium, Posen), Posnaniensis (Poznaniensis), 4, 13-4, 20, 57, 104, 107-9, 114, 131, 139-40, 172-3.
POSONIUM (Pressburg), 79; *v. etiam* Posmania.
POYURIEVIENSIS *v.* Pojuriensis.
PRABUTY *v.* Risenburgum.
PRAGA, 26.

PRAŻMOWSKI Laurentius, cast. Czernensis (Cyrsky), 61.
PREMISLIENSIS, 10.
PREUSSI SCH HOLLAND *v.* Hollandt.
PREUSSI SCH MARK, 139.
PROPENDORFF (Kraszewo), villa regia in palatinatu Culmensi, 139.

Q

QUEIS Erhardus, ep. Pomesanensis, 21-2, 25-6, 31, 41, 96-7, 99, 101, 136.
QUIDZINUM (Insula Mariana, Marienwerder), Quidzinensis (Marienwerdensis), opp. in Pomesania, 98, 100-1, 156.

R

RACZKIEWICZ Stanislaus, 164.
RADZIWIŁL Georgius, cast. Vilnensis, 154.
RADZIWIŁL Ioannes, poccillator M.D. Lithuaniae, 68, 106.
RAGNETA (Ragnit, Ragnith), Ragnetensis, arx et opp. in Prussia Ducali, 107, 145, 154.
RAJGRÓD, Rajgrodensis (Hrayhroden-sis), bona Ioannis Radziwiłł, 68, 106.
RANTZAW Ioannes, consil. regis Daniae, 52.
RECHENBERG Caspar, a, consil. ducis Alberti, 136.
RECHENBERG (Rechenberg) Ioannes, a, 15, 110-1.
RECHENBERG (Rechenberg) Melchior, a, cap. Soldaviensis, 15.
REGIUS MONS (Regiomontum, Königsberga, Königsberg, Konigsberg, Konigisberg, Konisberg, Konigsbergium, Konigsperg etc.). Regiomontanus, 3, 4, 6-9, 11, 13-22, 24-8, 30-5, 37-43, 45-7, 49-62, 68-9, 73-8, 81-7, 89, 91-100, 102-5, 115, 125-37, 139-50, 152-70, 172-3.
REPPICHAW Eccardus (Eckius), servitor ducis Alberti, 114, 117.
REVALIENSIS, 22.
RHEIN (Reynn), arx in Prussia Ducali, 66-7.
RHENDANN (?) districtus, 171.
RIGENSIS, 22.

- RISENBURGUM (Risenburgium, Riesenburg, Prabuty), opp. in Posmesania, 137, 140.
 RITTAW Petrus, civis Braunsbergen-sis, 82, 85.
 ROGEHNEN (Rogen), locus in Prus-sia Regali, 142.
 ROMANUS (Romanum Imperium, Ro-mana Ecclesia), 5, 50, 62, 65, 71-2, 86-9, 94, 96, 137, 157.
 ROSENGARTHEN (Różany), villa regia in Insula Maiore (Żuławy Wiśla-ne), 142.
 ROSSMARCKT, forum Norimbergae, 16.
 ROTTERODAMENSIS, ROTTERODAMUS *v.* Erasmus Rotterodamensis.
 ROYN *v.* Rujen.
 RÓZANY *v.* Rosengarthen.
 RUJEN (Royn), arx in Livonia, 22.
 RUSSIA, Russi, 86.

S

- SACHS Donatus, subditus ducis Al-berti, 172-3.
 SACHSEN *v.* Saxonia.
 SALAMANCA Gabriel, comes in Orten-burg, Hispanus, consil. Ferdinan-di I, 4, 6, 32.
 SAMBIENSIS, 12, 39.
 SAMBOTZKY, SAMBUTIUS *v.* Zambocki.
 SAMOGITIA (Samogithia, Samagitia, Samagithia), Samogitiae (Samagi-thiani), 24-5, 33, 52, 81, 91, 94-5, 100-1, 104, 107-10, 113, 115, 124-6, 129, 133-4, 145, 149, 156, 158, 160, 166.
 SANDOMIRIENSIS, 83.
 SAXONIA (Sachsen), 71, 140, 143, 152, 161-2.
 SCHESSUP *v.* Szeszupa.
 SCHIDLOWYETZ, SCHIDLOWYETZKI, SCHIEDLOVITZKY, SCHIDLOWYK *v.* Szydłowiecki Christophorus.
 SCHLESIA, SCHLESIEN, SCHLESING, SCHLESIER *v.* Silesia.
 SCHLESIER Georgius, subditus ducis Alberti, 35.
 SCHLICK Euphemia, filia Ioannis a Dammerau, uxor Qurini Schlick, 161.
 SCHLICK Quirinus, comes in Passan, consil ducis Alberti, 161, 170-1.
 SCHLIEBEN Theodoricus, a, consil ducis Alberti, 164.
 SCHLOAUSCH *v.* Sluchoviensis.
 SCHMALTZ Fridericus, civis Posna-niensis, 140.
 SCHOLTZ *v.* Schultz.
 SCHÖNBERG (Schonbergk) Ioannes, orator Georgii ducis Saxonie, 161-2.
 SCHOTNER Georgius, scriba Caunen-sis, 146.
 SCHULTZ (Scholtz) Ioannes, civis Re-giomontanus, 11-3.
 SCHWARTZENBERG Ioannes, a, orator Casimiri et Georgii marchionum Brandenburgensium, 84-5.
 SCHWARTZROCK Marcus, de Sprau-den, 142.
 SCHWIDNICENSIS *v.* Svidnicensis.
 SCHYDLEWICZ, SCHYDLOWITZ, SCHYDLOWYETZ *v.* Szydłowiecki Christo-phorus.
 SCLAVI (in tituto regis Daniae), 30, 32, 86.
 SCOTI, 53.
 SEEBURG (Sehenburg), 140.
 SELANDIA, 34.
 SELICHMACHER Simon, scriba Vilnen-sis, 146.
 SESTE Henricus, consil. regis Daniae, 52.
 SIEKIERKA *v.* Heiligenbeil.
 SIGISMUNDUS I rex Poloniae, *passim*.
 SIGISMUNDUS AUGUSTUS magnus dux Lithuaniae, 114, 159-60, 169.
 SILESIA (Slesia, Schlesia, Schlesien, die Schlesing), Silesitae (Slesitae, Schlesier), 71, 118, 120, 122, 125, 128, 137.
 SIRADIENSIS (Syradiensis), 51.
 SLESIA, SLESITAE *v.* Silesia.
 SLEVICENSIS (Sleswicensis, Sleswi-czensis), 30, 32.
 SLUCENSIS *v.* Georgius dux Slucen-sis.
 SLUCHOVIENSIS (Schloausch), 17, 35-6, 48, 50, 81.
 SLUTZKY *v.* Georgius dux Slucensis.
 SOLIMANUS II imperator Turcarum, 34-5, 69, 70, 72-5.
 SOPHIA Jagellonica, soror Sigismundi I, uxor Friderici marchionis Brandenburgensis, 84.
 SPEYER *v.* Spira.
 SPIESS *v.* Meydel.
 SPIRA (Speyer), 71, 87.
 SPRAUDEN, villa prope Dirsoviam, 142.
 SPRENGE Valentinus, colonus ex Ro-sengarthen (Różany), 142.

- SPYCHOWO *v.* Poppen.
 STAM *v.* Westphal.
 STANISLAUS dux Masoviae, 102, 114.
 STANISLOWNITZ *v.* Kiežgajło Stanislaus Stanisławowicz.
 STARGARD (Stargart), 35-6.
 STERN KNUDT, vom, consil. regis Daniae, 52.
 STOLPENSES (Stulpenses) duces, 38-9.
 STRASSBURG (Stroszberg, Brodnica), Strassburgensis (Brodnicensis), opp. in Prussia Regali, 60, 139.
 STRASSBURG, dominus a, 45.
 STRASSBURGENSIS *v.* etiam Argentiniensis.
 STRIGONIENSIS, 32.
 STULPENSES *v.* Stolpenses.
 SUCHOWSKI (Sucofsky), canc. Annae ducis Masoviae, 61.
 SUECIA (Suetia), 71.
 SVIDNICENSIS (Schwidnicensis), 126.
 SYRADIENSIS *v.* Siradiensis.
 SZALKAY Vladislau, archiep Strigoniensis, 32.
 SZCZYTNO *v.* Ortelsburgum.
 SZESZUPA (Schessup), fl. in Lithuania, 107.
 SZUKOWICZ Nicolaus, praefectus Poguriensis, 124.
 SZYDŁOWIECKA Sophia, nata de Targowisko, uxor Christophori Szydłowiecki, 78, 128, 141, 157, 172.
 SZYDŁOWIECKI (Schidlowyetz, Schidlowyetzki, Schidlovitzky, Schidlowyk, Schydlewicz, Schydlowitz, Schydlowyetz) Christophorus, pal. et cap. Crac., postea cast. Crac., R.P. canc., 7-9, 16-8, 20-1, 25-8, 30-2, 34-5, 38, 40-6, 48-50, 55-60, 67-9, 73-5, 77-78, 83-5, 91, 95-101, 103, 108, 112, 114-5, 118-9, 122, 125, 128, 130-1, 133-4, 136-41, 143-4, 150, 152, 157, 161-2, 170, 172.
 SZYDŁOWIECKI Christophorus iunior, 131.
 SZYDŁOWIECKI Nicolaus, cast. Sandomiriensis, R.P. thesaurarius, 120, 152.
- T
- TANNICK v. Gedanum.
 TAPIENSIS, 115.
 TARGEWITZ Georgius, 41.
 TARGOWISKO *v.* Szydłowiecka Sophia.
 TARŁO (Terly) Gabriel, 44-5.
 TARTARI, Tartaricus, 7, 8, 102-3.
- TCZEW *v.* Dirsovia.
 TĘCZYŃSKI (Thoznitzin) Andreas, pal. Sandomiriensis, postea Crac., 83, 121.
 TERLY *v.* Tarło.
 TEUTONICUS *v.* Theutonicorum Ordo; *v.* etiam Germania.
 TEUTSCH *v.* Germania.
 THESSINENSIS (Thesiniensis), 170.
 THEUTONICORUM (Teutonicorum, Teuthonicorum Ordo), Cruciferi, 4, 5, 16, 22-3, 87-8, 93-6, 101, 165.
 THEUTONICUS *v.* etiam Germania.
 THOZNITZIN *v.* Tęczyński Andreas.
 THURCAE *v.* Turcae.
 TIERRGARTEN (Tyrgarthen, Zwierzno), villa regia in Insula Maiore (Żuławy Wiślane), 142.
 TOMICKI Petrus, ep. Crac., R.P. vi-cecanc., 40, 46-7, 82, 84, 94, 100, 103, 106, 108, 119, 129.
 TORUNIA, 47.
 TRAZYN *v.* Narzym.
 TRIDENTINUS, 162.
 TRUCHSES (Truxess) Gulielmus, 157.
 TUCZEŃSKI Matthias, de Wedel (Wedell), nob. Pomeranus, 163.
 TURCAE (Thurcae), Turcicus, 7, 8, 34-5, 69-72, 74, 133.
 TYRGARTHEN *v.* Tiergarten.
 TYRSAW *v.* Dirsovia.
 TZECHENAW, TZECHNAW *v.* Ciechanów.
 TZEMA *v.* Czema.
 TZINCK *v.* Zinck.
- U
- UNESTPHAL *v.* Westphal.
 UNGARIA *v.* Hungaria.
- V
- VARMIENSIS, 75.
 VARSAVIA (Varshavia, Warshovia), Varsaviensis (Warsoviensis), 11-3, 61, 137.
 VENETI, 37-8, 50.
 VIECZUNA *v.* Wieczwiński.
 VIERSCHAUSEN, VIESSCHAWSSEN *v.* Fischhausen.
 VILLUN *v.* Welona.
 VILNA (die Wild, Wilde, Wylde), Vilnensis (Wildensis, Wilnensis), 81, 87, 91, 98, 135, 146, 148, 153-6, 167-8.
 VIO Thomas *v.* Cajetanus.

VISCHAUSEN *v.* Fischhausen.
VISSCHER *v.* Fischer.
VLADISLAVIENSIS (Vladislaviensis),
66-7.
VOLMARIA (Wolmar), opp. in Livo-
nia, 22.
VORSCHACH *v.* Warsthad.
VRATISLAVIA (Wratislavia), Vratisla-
viensis (Wratislaviensis), 14.
VYSCHER *v.* Fischer.

W

WAGENSCHOS, WAGENSCHOSS *v.* Wą-
sosz.
WAGNER Dominicus, civis Braunsber-
gensis, 82.
WAGNER Matthias, presbyter, 82.
WARSHOVIA, WARSOVIENSIS *v.* Varsa-
via.
WARSTHAD (vel Vorschach) Albertus,
subditus ducis Alberti, 113.
Wąsosz (Wagenschos, Wagenschoss),
opp. in Masovia, 67, 145.
WEDEL, WEDELL *v.* Tuczeński.
WELONA (Wielona) Stancko, de, Sa-
mogita, 145-6.
WELOWITZ *v.* Bielewicz.
WERNIGKE Michael, civis Gedanen-
sis, 173.
WESTPHAL (vel Wetschfall, Unest-
phal) Lutik (Ludicke), « cognome-
to Stam », presbyter, « vica-
rius capellae Sanctae Mariae »
Gedani, 43-4, 55, 58, 112.
WIECZWIŃSKI (vel Wietwiński, de
Wieczuna, Wiksintzki) Ioannes, he-
res in Karniszyn (Carnisin), cast.
Plocensis, cap. in Bratian, 18-9,
26, 37-8, 78-9, 156.

WIELONA *v.* Welona.
WIESENER Valentinus, servitor du-
cis Alberti, 136.
WIETWIŃSKI *v.* Wieczwiński.
WIEŻGAJŁO Nicolaus, electus ep. Kio-
viensis, 166-9.
WIKSINTZKI *v.* Wieczwiński.
WILD, WILDE, WILDENSIS, WILNENSIS
v. Vilna.
WILHELMUS *v.* Gulielmus.
WISKI *v.* Łoski Ioannes.
VLADISLAVIENSIS *v.* Vladislaviensis.
WOLFF Georgius, 33.
WOLFFKRINGER Georgius, de Eynsi-
del, subditus ducis Alberti, 47.
WOLMAR *v.* Volmaria.
WRATISLAVIA, WRATISLAVIENSIS *v.* Vra-
tisłavia.
WYLDE *v.* Vilna.
WYLMUS *v.* Gulielmus.
WYSOKIDWOR *v.* Leo praefectus in
Wysokidwór.
WYSZOGRODIENSIS (Fischgradiensis),
53.

Z

ZAMBOCKI (Sambotzky, Sambutzky,
Sambutius) Ioannes, secr. regius,
« agens » ducis Alberti in aula
regis Poloniae, 39, 98, 101-2, 117,
119-23, 129, 146-8, 164.
ZCEMEN, ZEMEN *v.* Czema.
ZIEMBICENSIS *v.* Munsterbergensis.
ZINCK (Czinck, Tzinck) Petrus, ci-
vis et mercator Posnaniensis, 13-
4, 45.
ŻUŁAWY *v.* Insula Maior.
ZWIERZNO *v.* Tiergarten.

T A B U L A E

Ad Archepip.
Strigoniensem
Marty:

FF.

Petit officium & operam in extorquendo
salario debito à Regia Rer. Hungaria

S. Reverendissime Domine Anne vehementer orate. omnis officij
plena litera debet R. u. ad magnificum dominum Christoforum de
Schilowiq Capitanum Cracoviensem ac regm poloniae supernum cancellari
Larum. qui predictus ab illo. & nobis transmissae. faciunt nobis pecunias
gratia. Nam et declarabant animm Reverendissima R. u. rega nos prish
mi. tantum monabant ignorare R. u. etiam ipsum negotium. in quo
petrederetur officium vestrum. quod panis significavimus. Sacra rega M.
debet nobis ex constituto salario aliquid pecuniae. Quis debet corrone,
faciens gratia et meminimus & monemus Beatae Mariae. Agat utq. hac
in re dominum et amicum veterem. Ita quod et priora officia hanc officia
& plura hinc promittant. Ceterum sciat R. u. D. Secundissimum Dux
Gothorum. Sclavorumq. Rego. filiam suam natu marore illudisse
ma principem Domina Dorothy. Duce bohemianen. Silesianen &
matrimonio nobis locasse. quod facta fuit in precium & nobis
& terris utriusq. nostrum. Secundissimo domini Regi. & secundissima
Regina hungarica Bohemiamque committat nos R. u. D. Enim in
Domino Valete exortamus Dux Vix

90.

(astellano
Ploem 1
Aprilis)

De obitum ducis Malomia ac duc
Venatorum agitq; tandem de fido
conflio & diligentis admonitione

*S*i magnifice domini & Amicæ ex scientia inclusa ego intellexi q
significatis mihi olitam bona memoria ducis Malomia. similiter duc
Venatorum. & quomodo illa detestabilis macta suorum perierunt. Certe
nos vehementer dolimus. & perfectim talern morte Amicæ nos hi
& consanguinei. Enam valle grato audiimus mortuorum via tristans
qd nos monet ut isto tempore magno nobis magis propitiacionis q
Ego nos fidem dominationis via copium non aspernabimus. Imme
de eode agrimus D. v. magnas gratas possimus eni intelligere qnd
velut dnatæ via cum hac mortuæ tam ut famulorum fecundis
omni nostram curia prostruerimus in eni qui dixit se de nobis curia
habere. & omnes capillos capi non mincerasse. Tantum rogamus
Dnatæ via si aduenient ducis statim. ea ad unum signatim. co
fusat & ducat que ad pacem & amicitiam istos principes formera
mæ & branciferrorum conseruandæ pertinet. Quod item faciamus
si refuerimus dominationem via non compediamus ut Amico filio
& veteri. Valeat dominatio via. Et Rego Molo.

*S*cripsit Gasparius princeps
manu proprio

DE RETENTIS IN LABIA BOMBARDES MESSO ET

239.

Duci Gasztold.

2) Novib.

Significauit nobis Regis in chro paur duc meiclam
 electus Epis kyowen Regis Orator amuit noile
 charissimus, neaqm fuisse vra Bombardeiles alegnat
 in Capicamatn mro Labia ubi theloria perfolant
 à mru retentas, quid ito factu supersimis, que nra
 ruit literu, qui easdem adduxerunt, iam vero cunctis
 à Rx^{mo} præfule vimonatq; libenter credi nudi ut
 per gurong vra neaqm fuisse literas habente abdu-
 iam, Rogamus aut platiens neaq v duatio si quis
 domeps eaq res, præterim que vel minime, et non
 aut laiu Regis agem dominii urm clementissime
 & omniulu charis floreti imm' neaqm duum
 Luthuanae aut nos usui esse possem, emorit, &
 adduq voluerit, adinventat literas quib a personis eam
 dy mth reddamur, Ceterz neaqm fuisse duationi qualitera
 q; atq; it eadem ut aemto uobis numerij redi proscripta
 est animu. 2) Novib. 15. 2. 8.

A. Donum
Christophorum
de Szydłowiec
rie quo supra.

Dat Consilium contra Turcam

Non dubitamus quin Regia in h[ab]itu emig[ra]t consiliarii et capitanii rerum bellicarum et militarium perit[er] hoc imprimis pro singulari[us] rerum per-
dentiā premis[er]e sicut. ut loca. eadē sella. opulenta. passagia. id est genit[us] alia
versus Turcam exercita prima quicq[ue] tempore. quantum pro rerum fa-
cilitate id fieri potest. communiqueretur militali[us] autem rebus ad rem belli.
cam idoneis firmiora collantur. atq[ue] in bona custodia habeantur. Ad haec
sunt necessariae erit. ut in promptu sint bellicae machinae. uti bombardae
campesiles. neenon aliae leues et tractabiles bombardulae. et quicq[ue] ad h[ab]itu
modi negotiū periret et opere sit. quod si periret ars arti cupri in
sumptuosa aut formidans bombardae esset. potiuscum tunc supercanceo atq[ue]
nō adeo necessariae campanae ad hoc ipsum adornari. Si etiam ad fa-
ciliendos sumptus rebus bellicis necessarios. nō satis pecuniae supercanceo.
tum multa fatus atq[ue] consulens videt[ur]. argenteas vagis. fragmentas.
caterisq[ue] templorum christiani exinde necessitate ut q[uod] non registrare mol-
lerabilis Turcarum tyramis. quod si nō fieri. postulant effectum ne-
cessitate. quid aliud faceremus. q[uod] quod linea potesta illas ipsas res
magis augeremus. quoadmodum probololevia turcanae eadē pri-
mores. Attra militare multiplicesq[ue] adhortatores et fideles prouincias fecer-
int. Et hoc omnia nō autem q[uod] optimo viro nos scrupulo Mag. Ven-
centio filii persuaderat. Volumus Date. vts.

FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694
IL 20 GENNAIO 1981

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (cont.)

- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., Ind. nom. propr., 1965.
- XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1966.
- XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1966.
- XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VIII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1967.
- XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., Ind. nom. propr., 1968.
- XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1968.
- XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696), 4 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., pp. VI+324, 1969.
- XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696), 2 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., pp. VIII+262, 1970.
- XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588), pp. VIII+210, 2 tab., 1970.
- XXIII — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772), Ind. nom. propr., ind. chron. B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588), Ind. nom. propr., ind. chron. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab., 1970.
- XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564), pp. VIII+301, 4 tab., 1971.
- XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 78 doc. (A.D. 1563-1572), 6 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., pp. VIII+248, 1971.
- XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589), 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., pp. VIII+376, 1972.
- XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., pp. VIII+376, 1972.
- XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regionontano*, I pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., elenches epistolarum, elenches sigillorum, ind. nom. propr., pp. XV+259, 1973.
- XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., elenches epistolarum, ind. nom. propr., pp. IX+241, 1974.
- XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regionontano*, III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., elenches epistolarum, ind. nom. propr., pp. VIII+268, 1974.

- XXXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 140 doc. (A.D. 1632-1699), 5 tab., ind. nom. propr., ind. chron., pp. X+210, 1974.
 XXXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-212 (A.D. 1525-1530), 6 tab., elenches epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. XVI+230, 1975.
 XXXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 213-551 (A.D. 1531-1537), 3 tab., elenches epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. X+228, 1975.
 XXXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 552-761 (A.D. 1538-1542), 3 tab., elenches epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. VIII+227, 1975.
 XXXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 762-1051 (A.D. 1543-47), 4 tab., elenches epistolarum, index personarum et locorum, pp. VIII+256, 1976.
 XXXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1052-1215 (A.D. 1548-49), 6 tab., elenches epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. XII+206, 1976.
 XXXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IX pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1216-1424 (A.D. 1550-53), 4 tab., elenches epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. VIII+226, 1976.
 XL — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, X pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1425-1724 (A.D. 1554-1559), 3 tab., elenches epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. X+226, 1976.
 XLI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1725-2009 (A.D. 1560-1566), 4 tab., elenches epistolarum, ind. personarum et locorum, pp. VIII+226, 1977.
 XLII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 2010-2220 (A.D. 1567-1572), 4 tab., elenches epistolarum, ind. personarum et locorum, 1977, pp. X+196, 1977.
 XLIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-269 (A.D. 1534-1565), 4 tab., ind. personarum et locorum, pp. VIII+228, 1978.
 XLIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-156 (A.D. 1546-1567), 3 tab., ind. personarum et locorum, pp. VIII+190, 1978.
 XLV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-197 (A.D. 1525-1572), 6 tab., elenches epistolarum, index personarum et locorum, pp. X+192, 1977.
 XLVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1-172 (A.D. 1525-1535), 4 tab., elenches epistolarum, index personarum et locorum, pp. X+188, 1979.
 XLVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 173-302 (A.D. 1536-1538), 4 tab., elenches epistolarum, index personarum et locorum, pp. VIII+213, 1979.
 XLVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 303-419 (A.D. 1539-1541), elenches epist., ind. pers. et loc., pp. VIII+246, 1979.
 XLIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIX pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 420-526 (A.D. 1542-1548), 5 tab., elenches epistolarum, index personarum et locorum, pp. VIII+214, 1980.
 L — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XX pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 527-602 (A.D. 1549-1568), elenches epistolarum, index personarum et locorum, elenches omnium epistolarum vol. XXX-XXXII et XXXIV-L, bibliographia, pp. VIII+212, 4 tab.
 LI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* XXI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, Doc. 1-258 (A.D. 1525-1528), elenches epistolarum, index personarum et locorum, pp. X+196, 4 tab., 1980.
 LII — in praeparatione.

D E P O S I T A R I I :

Orbis (London Ltd.)
 66, Kenway Road
 London S.W.5.

Institutum Historicum
 Polonicum Romae
 19, Via Virginio Orsini
 00192 ROMA

Pretium: Lit. 11.000, \$ 14,00, £ 6.00

« International Book Distributors »
 LIBRERIA
 117-120, Piazza Montecitorio
 00186 ROMA